

S. JOANNES CHERYSOST.

81. Gula damnosa est, impleri plus quam satis, et dirumpere ventrem. Homil. 10, super Gen.

82. Ventri servire, non hominum, sed belluarum potius est. Homil. 1, super Joan.

83. Nihil gula perniciosius, nihil ignominiosius est: hæc obtusum et crassum ingenium, hæc carnalem animam reddit, hæc cæcat intellectum, nec sinit ut quidquam perspiciat. Ibid., homil. 44.

84. Christus præ fame tabescit, tu autem præ gula teipsum dirumpis. Homil. 27, super Acta Apost., in Morali.

85. Intractabilis est cupiditas et ventris voracitas. Homil. 23, super I Cor, in illud x: Castigo corpus meum.

86. Simul atque præterit linguam atque fauces, voluptas omnis extincta est. Ubi voluptas illa pertransit, magna prorsus tristitia linguatur, sive stomacho per crudelitatem oppresso, sive qualibet alia difficultate lacescente. Homil. 13, super I Tim.

S. JOAN. CL.

87. Gastrimargia est stimulatio ventris; cum enim satius fuerit, indigere se clamat: et cum distentus atque disruptus, vociferatur esuriem. Gradu 14.

S. JOANNES DAMASC.

88. Qui ventri dum obsequitur, fornicationis spiritum vincere vult, is ei similis est, qui oleo incendium extinguere nititur.

S. JOAN. GERS.

89. In ingluvie venerea cupiditas insita est. Lib. 4 Parall., cap. 77.

JOANNES SARESP.

90. Gulosus majori afficitur poena per gulam, quam voluptas sit; suam deglutiendo escam, plures occidit gula, quam gladius, nemo negat. Serm. Contra Gulum.

91. Frustra preliatur adversus alia vitia, qui gulæ portam aperit. Serm. Dom. 4, quadrag.

JOANNES BARESP.

92. Propter brevem gulæ voluptatem, terræ lustrantur, et maria; et ut mulsum vinum pretiosiusque cibis fauces pertranseat, totius vite opere desudatur. Lib. 8, de Nugis curial., cap. 6.

93. Dicat apostolus quod voluerit, quia fornicationem fugere, et gulæ servire, aut omnino impossibile, aut difficillimum est. Prosec.

94. Nam et illa pars gulæ, quæ corpori vires admittit, nequaquam moechiæ expers est. Ibid.

JOAN. TRITH.

95. Multis nocuit diutius continuata voracitas, et plures crampa quam gladio perierunt. Lib. 1, homil. 45, ad Monachos.

96. Nemo carnis suæ motus potest deprimeré, qui gulam contempserit edomare. Lib. 1, homil. 1, ad Monachos.

S. ISIDORUS HISPAN.

97. Utile est cavere gulam, ciborumque concupiscentiam: quid enim tam noxium, quam ut animus serviat ventri? Lib. 2, de Sum. bono, esp. 42, sent. 3.

98. Qui nimium cibis utuntur, quanto magis ventrem pascent, tanto amplius sensum mentis obtundunt. Prosec.

99. Nam Græci dixerunt, ex crasso ventre subtilem sensum gigni non posse: gula enim saturitas nimia aciem mentis obtundit, ingeniumque hebescere facit. Ibid., sent. 5.

100. Sicut omnes carnales cupiditates per abstinentiam rescantur, ita omnes animæ virtutes edacitatis viitio destruntur. Ibid., sent. 10.

101. Non potest quisquam virtutum perfectionem attingere, nisi prius ventris edomaverit ingluviem. Ibid.

102. Nemo potest dominari cæteris vitis, nisi prius ingluviem ventris restrinxerit. Prosec.

103. Nec quisquam facile poterit a semetipso spiritus immundos abstinere, nisi per abstinentiam gulæ. Ibid., sent. 11.

104. Quatuor sunt genera distinctionum in gulæ appetitu: quid, quando, quantum, quomodo appetatur; quid, ad rem ipsam pertinet, que appetitur; quando, si ante legitimum tempus qui appetatur, quantum, ad immoderationem referatur; quomodo, ad impatientiam festinationis ascribitur. Ibid., sent. 13.

105. Nullus homini tam importunus exactor est, quam venter, qui quotidianam refectionem, quotidiana famis exactione adimplet. Prosec.

106. Cum cæteris enim vitis, etsi interdum nascimur, interdum tamen cum eis non morimur: cum isto autem et nascimur, cum isto et morimur. Ibid., sent. 14.

107. Plerumque voluptas vescendi ita sub obtentu necessitatis subreptit, ut dum putatur servire necessitati, voluptatis desiderio serviatur: nec facile discernitur, utrum quod accipiatur, gula an indulgentiæ depletur. Ibid., sent. 15.

108. Immundi spiritus se magis injiciunt, ubi plus viderint esearum et potuum. Ibid., cap. 44, sent. 3.

109. Tota die epulas in cogitatione ruminat, qui ad explendam gulam, vespere sibi delicias preparat. Ibid., cap. 42, sent. 12.

110. Qui appetitum edacitatis reprimit, sine dubio lascivix motus restringit. In Regula Monachor., cap. 9.

111. Fugienda est ingluvie, paucorum, eorumque necessarium, sumpcione et frugalitate. Epist. ad Zenam.

112. Turpe est sapienti, si ventri et gulæ serviat: quod qui facit, insipientis utique, ineptus et nihil est. Lib. 6, de Div. inst., cap. 22.

113. Nequaquam mens nostra ad contemplanda æterna et cælestia provehitur, nisi gulæ ap-

petitum coarctaverit. De Ligno vite, tract. 4, de Sobriet., cap. 1.

114. Per gulam natura corrumpitur, libidinis nutrium natura, subvertitur ratio, scelera panduntur, homicidia fiunt, proferuntur stultitio, detractiones et verba scurriliâ procedunt, hebetatur mens, maturitas relaxatur, commensationes frequentantur, lætitiâ inepta dissolvit, immundities polluit, mors oritur culpe, resolutionis corporis memoria tollitur. Lib. 4, de Spirituali itinera, cap. 23.

S. MAXIMUS MART.

115. Omnes virtutis fractus perimit affectio gulæ. Centur. 5, de Virt. et vitio, cap. 57.

S. NILUS.

116. Venter rectæ firmæque rationi non acquiescit, luxuria atque libidine corrumpitur. In Lib. ascetic.

117. Venter imperio tene, ne tibi ille imparet. Ibid., orat. de Gula.

HELENS. PETRUS

118. Dæmonium princeps, est Satanas: viro- rum autem, gula. Ibid.

S. PETRUS DAM.

119. Apud mundanos radix malorum, avaritia est: apud Monachos autem, gula. Ibid.

ROBERTUS BELLARM.

120. Nihil magis prædatur oculos, quam ingluvie ventris: edacitas quidem cibos frangit, sed oculos vorat. Epist. ad Reginald. Sarisberien.

121. Edacitas, quedam sanguisuga est: cui due sunt filix, ebrietas sciicit et luxuria. Lib. 1, Epist. 15, ad Alezandr. Pap.

122. Ventrem vino et epulis assuescere, quid est aliud, quam hostibus animæ, ut ingrediantur, aditus aperire? Lib. 6, epist. 32, ad Eremit. suos.

123. Qui ventrem pro Deo veneratur, Deum quodammodo negare convincitur. Ibid.

124. Venter et genitalia invicem sibi vicina sunt, et cum hoc in cute reficiatur, illud ad contumelias excitatur. Ibid.

125. Varia irritamenta gulæ, a diabolo sunt. Super Psalm. cxi, vers. 47.

126. Gula ehrietate famulante, magistra solet esse damnorum. Homil. 19.

SENTENTIE PAGANORUM.

ARISTOTEL.

127. Esse aut libere que fors obtulerit, quoad plenior sis, quam nature necessitas postulat, nihil aliud est, quam modum nature convenientem copia superare. Lib. 3 Morat., cap. 2.

CATO FONT.

128. Indulgere gulæ noli, quæ ventris amica est. Lib. 4, Distich., metr. 23.

CICERO.

129. Ne mente quidem uti possimus, multo cibo et potione repleti, nec unquam mihi placuit in die saturation fieri. Lib. 5, Tusco. quæst.

DIOGENES.

130. Venter, vitæ charybdis est. In Sent., sent. 6.

ELINIUS II.

131. Illa gula reprimenta, illa quasi in ordinem redigenda est. Lib. 2, epist. 26, ad Avitum.

S. JUSTI. MART.

LACT. FIRM.

S. LAURENTI. JUSTIN.

S. MAXIMUS MART.

115. Omnes virtutis fractus perimit affectio gulæ. Centur. 5, de Virt. et vitio, cap. 57.

S. NILUS.

116. Venter rectæ firmæque rationi non acquiescit, luxuria atque libidine corrumpitur. In Lib. ascetic.

117. Venter imperio tene, ne tibi ille imparet. Ibid., orat. de Gula.

HELENS. PETRUS

118. Dæmonium princeps, est Satanas: viro- rum autem, gula. Ibid.

S. PETRUS DAM.

119. Apud mundanos radix malorum, avaritia est: apud Monachos autem, gula. Ibid.

ROBERTUS BELLARM.

120. Nihil magis prædatur oculos, quam ingluvie ventris: edacitas quidem cibos frangit, sed oculos vorat. Epist. ad Reginald. Sarisberien.

121. Edacitas, quedam sanguisuga est: cui due sunt filix, ebrietas sciicit et luxuria. Lib. 1, Epist. 15, ad Alezandr. Pap.

122. Ventrem vino et epulis assuescere, quid est aliud, quam hostibus animæ, ut ingrediantur, aditus aperire? Lib. 6, epist. 32, ad Eremit. suos.

123. Qui ventrem pro Deo veneratur, Deum quodammodo negare convincitur. Ibid.

124. Venter et genitalia invicem sibi vicina sunt, et cum hoc in cute reficiatur, illud ad contumelias excitatur. Ibid.

125. Varia irritamenta gulæ, a diabolo sunt. Super Psalm. cxi, vers. 47.

126. Gula ehrietate famulante, magistra solet esse damnorum. Homil. 19.

SENTENTIE PAGANORUM.

ARISTOTEL.

127. Esse aut libere que fors obtulerit, quoad plenior sis, quam nature necessitas postulat, nihil aliud est, quam modum nature convenientem copia superare. Lib. 3 Morat., cap. 2.

CATO FONT.

128. Indulgere gulæ noli, quæ ventris amica est. Lib. 4, Distich., metr. 23.

CICERO.

129. Ne mente quidem uti possimus, multo cibo et potione repleti, nec unquam mihi placuit in die saturation fieri. Lib. 5, Tusco. quæst.

DIOGENES.

130. Venter, vitæ charybdis est. In Sent., sent. 6.

ELINIUS II.

131. Illa gula reprimenta, illa quasi in ordinem redigenda est. Lib. 2, epist. 26, ad Avitum.

132. Gulosis vomunt ut edant: edunt, ut vomant. De Consul. ad Helviam, cap. 9.

133. Ad vos transeo, quorum profunda et insatiabilis gula, hinc maria scrutatur, hinc terras. Prosec.

134. Infelices, quod non intelligitis, vos majorem famem habere, quam ventrem. Epist. 89.

135. Multos morbos multa fercula ferunt: innumerabiles esse morbos miraris! corpus numerat. Epist. 95.

136. Gula non querit quemadmodum implet ventrem, sed fariat. Epist. 119.

137. Venter præcepta non audit, poscit, appellat, non est tamen molestus creditor, parvo dimittitur; si modo das illi quod debes, non quod potes. Epist. 24.

138. Taurus paucissimorum jugerum pascuis impletur; una silva elephanibus pluribus sufficit: homo vero vix terra pascitur et iuari. Epist. 60.

139. Ventri obedientes, animalium loco numeramus, non hominum: quosdam vero ne animalium quidem, sed mortuorum. Ibid.

140. Melius est fame mori, quam per incontinentiam ventris maculare animam. Sent. 335.

141. Fugendum in primis malum est, ventris luxus, malorum omnium fomes. Lib. de Potest. et Sap. Dei, cui titulus Pimander, cap. 6.

Vide etiam tit. Cibis, sent. 57; Disciplina, sent. 59; Fornicatio, sent. 451; Heresis, sent. 60; Jejunium, sent. 108; Libido, sent. 91; Mens, sent. 63, 98; Ovisitas, sent. 50; Pudicitia, sent. 31; Senectus, sent. 48; Superfluitas, sent. 36; Vinum, sent. 61.

HABERE.

Definitio. Habere est rem detinere actualem, vel juridicam.

SENTENTIE PATRUM.

1. Qui plurimum habet, et si non donat, non abundat, quia quantumvis acquirit, eget, qui semper plus concupiscit. Prosec.

2. Qui vero exiguum habet, non minuit amissione, quia nihil est quod amittit. Lib. 1 Offic., cap. 80.

3. Satis mihi est, quod habeo, alienum non requiro; sive parum, sive multum habeam, mihi plurimum est. Ibid., lib. 2, cap. 17.

4. Quanta felicitatis est, quod nulla vos habendi cupiditas inflammat? pauper quod habet, poscit: quod non habet, non requirit. Lib. 1 de Virg.

5. Vis totum habere? da Deo totum, et ipse dabit tibi suum: et sic nihil habebis de te, quia ha-

SENCA.

SIXTES PHILOSOPH. TRISMEGIS.

COLLECTOR.

S. AMBROS.

S. ANTONIUS DE PADUA.

hebis eum totum eum toto te. *Serm. Dom. 43, quæ: T. iiii.*

s. AUGUST. 6. Melius est minus egere, quam plus habere. In *Regula ad clericos.*

7. Multi miseri sunt magis habendo quod amant, quam carendo : amando res noxias miserari, habendo sunt miserosiores. Super *Psalm. xxvi, enarrat. 2, vers. 7.*

8. Habere te agnosce quod non habebas, et ex te nihil habere; ut nec superbus sis, nec ingratus: non est tibi superbia elati, sed confessio ingrati. Super *Psalm. lxxxv, vers. 2.*

9. Tolle invidiam, et tunc est quod habeo : tolle invidiam, et meum est quod habes; livor separat, caritas jungit. Tract. 22, super *Evangel. Joan.*, cap. vi.

10. Non indignetur juste vivens et laborans, intus habet quod felix malus non habet, non ergo tristetur, non maceretur, non deliciat. *Prose.*

11. Felix ille habet aurum in arca, isto Deum in conscientia : ille illud habet quod perit, et tibi habet unde perit; iste Deum habet, et eum qui perire non potest et tibi habet unde auferri non potest. *Ibid.*, tract. 25, cap. vi.

12. Magis cogitare debetis quid vobis desit, quam quod vobis adsit : quod habes, cave ne perdas, quod nondum habes, supplica ut habeas. *De Verbo Domini*, serm. 63.

13. Totum habet, qui bonam voluntatem habet, ipsa est quæ potest sufficere, si cætera non sint. Si autem sola desit, nihil prodest quidquid habitum fuerit : sola sufficit, si adsit. *Homil. 8, ex liti Hom.*

14. Funde quod habes, ut capias quod non habes. *Ibid.*, homil. 37.

15. Natura dicitur simplex, cui non sit aliquid habere, quod vel possit amittere; vel aliud sit habens, aliud quod habet. *Lib. 14, de Civit. Dei*, cap. 10.

16. Amor inhians habere quod amat, cupiditas est : id autem habens eoque fruens, lætitia. *Ibid.*, *Lib. 14, cap. 7.*

17. O homo, in præceptione cognosce quid debeas habere, in correptione cognosce tuo te vitio non habere, in oratione cognosce unde accipias quod vis habere. *De Corrupt. et gratia*, cap. 3.

18. Omnis res que dando non deficit, dum habetur et non datur, nondum habetur quomodo habenda est. *Lib. 1, de Doctr. Christ.*, cap. 1.

19. Pecunia et a malis male habetur, et a bonis tanto melius habetur, quanto minus amatur. *Epist. 54.*

20. Satius est minus quemque habere quod a

Deo petat, quam plus habere quod sibi tribuat. *Epist. 89, quæst. 2.*

21. Habent homines mali, quod corpore incohum virunt, habent unde vivunt, habent unde male vivunt. *Epist. 202.*

22. Ex his que habes gratias age Deo, tanquam fonti bonitatis unde habes. *Epist. 205.*

23. In celo summa felicitas est, habere quod amas. *Lib. 12 de Genesi ad litt.*, cap. 26.

24. Manifestum est quod aliquando servi Dei ideo non habent, ut probentur qui habent. *Homil. 48, ex liti Hom.*

25. Nemo in hoc seculo nequam quod vult habere potest : quandoquidem nec justus justitia sallatur, nec voluptuosus voluptate, nec curiosus curiositate, nec ambitiosus inani gloria. *Serm. de Primordiis.*

26. Anima quod delectat habere, id etiam perdere timet. *Serm. 82 super Cant.*

27. Cum omnes te habeant, esto etiam tu ex habentibus unus. *Lib. 1, de Consid. ad Eugen. Pap.*

28. Non plus habeat quis, quam licet habere : ne plus habere libeat, si habet quod liceat habere. *Lib. de Natura et dignit. amoris*, cap. 8.

29. Quid vanius illis, qui se putant habere, quod non habent? *Lib. de Passione Dom.*, cap. 29.

30. Melius est plus egere, quam plus habere. *Serm. 46, ad Sororem.*

31. Quidquid habes, habeto cum licentia : si quid habes, habeto cum benedictione : sine licentia nihil habeas, sine benedictione nihil accipias, sine licentia nihil tribuas. *Ibid.*, serm. 48.

32. Vir sanctus dum nihil habet in mundo, est dives in celo. *Serm. 5, de Uno mari.*

33. Magna est securitas cordis, nihil habere concupiscentiam secularis. In *Collat. de Contemptu seculi.*

34. Nihil habeas, et nihil omnino habere velis ultra necessitatem. *Lib. Medit. vite Christi*, cap. 48.

35. Quicumque in hac vita bene habetis, cum vos bona egresse recolitis, valde de his pertimescitis, ne concessa vobis prosperitas, eorumdem remunerationis sit honorum. In *Apolog. pauper.*, resp. 3, cap. 3.

36. Nemo in Christi expeditione liberius nil habente. In *Speculo discipl.*, part. 2, cap. 6.

37. Divitum non satiant appetitum habentis; sed quo plus habetur, eo inquietus silitur. *Lib. 2 de Profectu relict.*, cap. 42.

38. Admodum rari sunt, qui non plus habere cupiant, vel pro se, vel pro aliis. *Ibid.*, cap. 45.

39. Divitias habere et amare, infructuosum est; amare et non habere, periculosum est : habere autem et non amare, laboriosum est. *Prose.*

40. Nec habere divitias, nec amare, utile est, securum est, delectabile est. *De Perfect. vite ad sorores*, cap. 3.

41. Qui nihil habet in mundo quod diligit, nihil est in mundo quod pertimescit. *Ibid.*

S. CESARIUS ARELAT. 42. Nihil habere interdum, res necessitatis est: nihil per avaritiam cupere, virtutis. *Homil. 37.*

43. Hunc sibi specialiter modum religiosus ponere debet, ut tantum habeat, quantum necessitas possit, non quantum cupiditas concupiscit. *Prose.*

44. Habendi enim amor, nisi ad integrum resecetur, ardentior est in parvis, et plus torquetur in minimis. *Ibid.*

GLOSS. ORD. 45. Quid deesse potest illi, qui omnia habentem habet? Super *Deuter.*, cap. xvii.

GLOSS. INT. 46. Facile despiciat divitias, qui non habet; difficile viles estimat, qui habet. Super *Job*, cap. xii.

GLOSS. ORD. 47. Homo hoc quod habere videtur exterius, transit : et illud quod transire non potest, interius non habet. *Ibid.*, cap. 15.

48. Sufficit tibi quod habes, ne superfluo quæras quod adipisci non vales. Super *Ecclesiastic.*, cap. xxi.

49. Plene habere et scire unde habens : qui ergo non habet, id est qui nescit unde habeat, et quod habet auferetur ab eo. Super *1 ad Cor.*, cap. ii.

50. Non parce sminat, qui parum habens, parum largitur, si animus promptus sit plus dare, si plus haberet. Super *II Cor.*, cap. ix, in illud : Qui parce sminat.

S. GREGORIUS MAGNUS. 51. Res habita instanti fine corrumpitur, et habendi anxietas non finitur. *Lib. 10 Moral.*, cap. 43.

52. Nonnulli jactant se habere quod non habent. *Ibid.*, lib. 23, cap. 4.

53. Nolite intra vosmetipsos pensare quod habetis, sed quid estis. *Homil. 28 super Evangel.*

54. Facile est hominem tunc divitias despiciere, cum habet : difficile vero est eas, cum non habet, viles estimare. *Lib. 11 Moral.*, cap. 2.

55. Quæ ardentur diliguntur habita, graviter suspirantur ablata. *Ibid.*, lib. 34, cap. 8.

56. Respondet dives pauperibus. Non habeo quod vobis dare possim : et miror si is qui vestes habet, argentum habet, cellaria habet, quod pauperibus debeat dare, non habet. *Lib. 5, in Registro*, indiet. 14, cap. 29, epist. 29, ad Secundum.

S. HIERON. 57. Perfectus servus Christi, nihil præter Chris-

tum habet : si quid præter Christum habet, perfectus non est : cum se perfectum fore Deo pollicitus sit, ante mentitus est. *Epist. 1, ad Theodor.*

58. Ille solus proprie habet, qui angelis et hominibus debet habere : nos autem nec soli, nec nobis habemus. Hab. in *Glossa*, super *1 ad Timoth.*, cap. vi, in illud : Qui solus habet immortalitatem.

59. Habere, criminis non est; sed modus in habendo retinendus est. Super *Math.*, can. 19, in illud : Difficile est divitem.

60. Habere non est in vitio, sed curiositas et ardor habendi, vel habitus retinendi. Super *Psalm. lxxvii Moral.*

61. Multa habere dicimus quæ non possidemus, quia statim amittimus, vel quia nostra non sunt. Super *Math.*, cap. v.

62. Quidquid boni habemus, a te habemus. *Lib. 1, Contemplat. de amore Dei*, cap. 2.

63. Humana substantia semper pauper est; et quantumvis homo habuerit, nihil se putat habere. *Homil. 33, super Math. Oper. imperf.*

64. Non qui multa habet, sed qui modicis eget, inexpergnabilis est. *Serm. 24 super Epist. ad Rom. Moral.*

65. Pauca recte habere multo præstantius est, quam multa scelerate. *Lib. 1 Parall.*, cap. 26.

66. Sicut mali nihil habent in celo, ita boni nihil habere debent in terra. *Lib. 4, homil. 18, ad Monachos.*

67. Crescentibus divitiis, crescit et affectus habendi. *Orat. 5, in Conventu abbat. habita.*

68. Cum gravi dolore amittuntur, quæ cum magno amore habentur : minus autem carendo dolemus, quæ minus possidendo diligimus. *Lib. 3 de Sum. bono*, cap. 59, sent. 2.

69. Contemne vivens, quæ post mortem habere non potes : quod habes, habeto ad misericordiam. *Lib. 2 de Synonym.*, cap. 17.

70. Quid ille miser habet, qui se non habet? non enim se habet, qui plus de se, quam de Deo sperat : vereque est mortuus, qui non vivit timent, si totum de se Deo credat, Deoque permittat. *Epist. 5, ad Severum.*

71. Miserece animæ tuæ placens Deo : si teipsum non habes, nihil habes. *Epist. 46, ad Episc. quemdam.*

72. Dives quanto plus habet, tanto amplius debet. *Serm. 26.*

73. Totum in se habet homo, qui se habet : ipse autem se habet, qui Deum habet. *Ibid.*, serm. 56.

74. Habere rem pretiosam, affert gaudium : expectatio vero habendi, spem. *Lib. Quod deterius potiori.*

S. IULIARIUS.

HUGOCARD.

IDIOTA.

S. JOANNES CHERYSOST.

S. JOANNES DAMASC.

JOAN.

TRITH.

S. ISIDORUS HISPAL.

S. PAULINUS

PETRUS BLESENS.

S. PETRUS CHRYSOL.

PRILO JUD.

S. PROSPER. 75. Quod habet Ecclesia, cum omnibus nihil habentibus habet commune : nec aliquid inde eis, qui sibi de suo sufficienti, debet erogare : quandoquidem nihil aliud sit habentibus dare, quam perdere. Lib. 2, de *Vita contemplat.*, cap. 9.

S. THEOPH. ALEX. 76. Nescit mensuram, qui tantum deest quod habet, quantum quod non habet. *Epist. Paschal.*, 3.

THOMAS A KEMPIS. 77. Melius est tibi minus habere, quam multum unde posses superbiere. Lib. 3, de *Imit. Chr.*, cap. 7, sect. 3.

78. Noli concupiscere quod non licet habere : noli habere, quod te potest impedire. *Ibid.*, cap. 7, sect. 1.

SENTENTIE PAGANORUM.

PLINIUS II. 79. Tanta inuasit homines habendi cupidio, ut possideri magis, quam possidere videantur. Lib. 9, epist. 30.

SENECA. 80. Nullum bonum iuvat habentem, nisi ad cuius amissionem preparatus est animus. *Epist.* 4.

81. Contemnere omnia aliquis potest, omnia habere nemo potest. *Epist.* 62.

82. Habere, eripitur; habuisse, nunquam. *Epist.* 98.

83. Quod vult habet, qui velle quod satis est potest. *Epist.* 108.

84. Plus incipit habere posse, qui plus habet. *Epist.* 149.

85. Qui multum habet, plus cupit. *Ibid.*

86. Quid sis interest, non quid habeas. *De Moribus.*

87. Quis plurimum habet? is qui minimum cupit. *Ibid.*

88. Multum quis habet. Utrum avarus, aut prodigus est? si avarus, non habet : si prodigus, non habebit. *De Remed. fortuit.*

89. Quid refert quantum habeas! multo illud plus est, quod non habes. In suis *Proverbiis.*

90. Melius est nihil habere, quam multa habentem nemini impertiri. *Sent.* 364.

HEREDITAS.

CASSIODOR. *Etymologia.* Hereditas ab Hero dicta est, id est, domino, quod in ea potestate libere dominetur. Super *Psal.* II, vers. 8.

HUGOCARD. Hereditas dicitur ab herendo, quia hero inhæret. Super *Psal.* II.

S. ISIDORUS HISPAL. Dicta est hereditas a rebus additis, sive ab ære : quia qui possidet agrum, et censum solvit, inde et res. Lib. 5 *Etymolog.*, cap. 25.

Definitio. Hereditas est, que morte alicujus ad quempiam pervenit, vel legato testamento, vel possessione retenta. Lib. 5, *Etymol.*, cap. 25.

Hereditas est pecunia, seu alia res, que morte alicujus ad quempiam pervenit jure. 29 *Topicor.*

SENTENTIE PATRUM.

1. Habet mater heredes, sed auget dolores. **S. AMBROS.** Lib. 4, de *Virginit.*

2. Neque cæcus thesaurus hereditas est, neque cæca omnia hereditatis habent commodum : sola est illa hereditas, in quibus est portio Deus. Lib. 4, epist. 4, ad *Trenanum.*

3. Si ubi fides, ibi libertas; ubi libertas, ibi gratia : ubi gratia, ibi hereditas. *Prose.*

4. Ubi autem nulla libertas, nulla gratia : ubi nulla gratia, nulla adoptio : ubi nulla adoptio, nulla successio. Lib. 9, epist. 73, ad *Clementianum.*

5. Heredes relinquit, qui litigant cum hereditibus : relinquit depositum magis hereditarium : quam commodum voluntarium. *Prose.*

6. Si frugi heredes sunt, hereditatem custodiunt : si luxuriosi, exhauriunt.

7. Haque aut bonos heredes perpetua condemnas sollicitudine, aut malos dimittis, quo tua facta condemnent. *De Nabute,* cap. 4.

8. Pierumque cum accessione patrimonii, accessit cupiditatis augmentum. *Ibid.*, cap. 2.

9. Hereditas majorum, est vera fides. Super *Psal.* xxxvi.

10. Dilecti patris affectum stultus exarcebat filius, qui post illatas contumelias ante penitendum, hereditatis usurpat celsitudinem. In *Meditationibus.*

11. Hereditas Dei dicitur populus fidelis, eo quod possideatur a Deo per fidem et gratiam, sicut hereditas ab herede. Part. 2, tit. 1, cap. 24, § 5.

12. Non potest hereditatem capere quisquam sine sanctitate. *Epist.* 2, ad *Frates.*

13. Mitibus hereditas data est, tanquam testamentum patris cum pietate quærentibus. *Serm. Dom. in monte,* lib. 4.

14. Hereditas in qua coheredes Christi sumus, non minuitur copia possessorum, nec fit angustior numerositate coheredum; sed tanta est multis, quanta paucis : tanta singulis, quanta omnibus. Super *Psal.* II, vers. 2.

15. Quæ est nostra hereditas? auri est, an argenti, an gemmarum, aut funderum, amœnorumque prediorum? Non, sed hæc est æterna beatitudo iustorum. Super *Psal.* cxvii, vers. 48 et 49.

16. Contra insidias diaboli ora, ne perdas coeleste patrimonium, ne amittas Christum coheredem, quia victurus es in æternum cum eo qui te fecit heredem. Super *Psal.* cxxxix, vers. 5.

CICERO.

17. Hereditas Dei non fit angusta, si multi possederint, illi ipsi certe illo possidente sunt hereditas ipsius, et ille vicissim fit hereditas ipsorum. Tract. 2, in cap. 1, *Evang. Joan.*

18. Quolibet hereditas dividitur inter consortes, pacis hereditas dividi non potest : pax nostra Christus est, testamentum Dei est, hereditas pax est. *De Oribus,* cap. 13.

19. Nullus in terra possidet hereditatem patris, nisi mortui : nos vivo Patre nostro possidebimus quod donabit, et ipse Pater erit hereditas nostra. *De Verb. Dom.*, serm. 62.

20. Patrimonium quod habes, si operaris, tuum est : si cessas, alienum est. *Serm.* 4, *Per. 3, post Dom. 2, Quadr.*

21. Hereditas quanto a pluribus possidetur, tanto plus angustatur. *Serm. de Gestis cum Emerio.*

22. Hereditas sic est nobis dimissa, ut indivisa possideatur, non partibus dissipetur. *De Quinque hæres.*, cap. 6.

23. Si quis contra voluntatem testatoris facere voluerit, caret hereditate. *Ibid.*

24. Hereditas Patris cum quo in æternum sumus mansuri, non marcescit, nec moritur. Tract. 7, super *Joan.*

25. Ecclesia hoc tempore stabulum est victoris, sed ipsi Ecclesie sursum est hereditas possessoris. *Ibid.*, tract. 41.

26. Tenemus hereditatem Christi, heretici non tenent : securi sumus de unitate hereditatis. Quisquis huic hereditati non communicat, foras exit. Tract. 3, super *Epist. Joan.*

27. Si filius tuus mortuus est, mitte partem suam in caelum, et noli servare fratribus ipsis. *De Decem chordis,* cap. 12.

28. Non habes pecunias quas liberis relinquant? ne auferas insuper etiam generis nobilitatem : unam hanc conserva ipsis libertatis possessionem, depositum illud quod a parentibus accepisti. Nulli unquam patris paupertas criminii data est. Super *Psal.* xiv, conc. 4, vers. 6.

29. Hereditas ad quam festinatur in principio, in fine benedictio caret. In *Speculo discipl.*, part. 2, cap. 2.

30. Qui aliquid ex hereditate tenet, firmissima possessione gloriatur. Super *Psal.* xxiv, vers. 14.

31. In tuto hereditas ponitur, que Deo custode servatur. *De Opere et elemos.*, cap. 7.

32. Patrimonium Deo creditum, nec republica eripit, nec fiscus invadit, nec calumnia aliqua forensis evertit. *Ibid.*

33. Qui studeo terreno magis, quam celesti patrimonio filios tuos commendare; diabolo magis, quam Christo commendas. *Ibid.*

34. Eximia certe hereditas est illis, qui totius universi regem Jesum Christum diligere volunt. Lib. 1, *Glaphyr. in Numeros,* cap. 11.

35. Hereditas pauperum est elemosyna. In suis *Opusc.*, serm. 3.

36. Si vis habere hereditatem a Jesu, oportet ut terra carnis tue quiescat, nec contra spiritum confligat. Super *Josue,* cap. xiv.

37. Hereditas Christi, quam resurgens possedit, Ecclesia est, quam mollebantur præripere Judæi. Super *Matth.*, cap. xxi, in illud : *Habebimus hereditatem ejus.*

38. Eo ad ambitum congregatæ hereditatis accenditur, quo multis hereditibus focundatur. Lib. 4 *Moral.*, cap. 4, num. 3.

39. Patrimonium nostrum retentum perditur, manet erogatum. *Ibid.*, lib. 18, cap. 9, super illud *Job xxvii* : *Dives cum dormierit.*

40. De spe æternæ hereditatis gaudium sument illi, quos adversitas vite temporalis humiliat. Part. 3 *Pastor.*, cap. 4, admonit. 27.

41. Hereditas Domini, multitudo fidelium est. Lib. 4, in 1 *Reg.*, cap. 4, super illud : *Unxit te Deus in principem.*

42. Quisquis patris hæres esse desiderat, filius existere, pacem custodiendo, non renuat. *Prose.*

43. Filius qui locum præbet discordiæ, ipse profecto se hereditatis exortem esse constituit. Lib. 7, in *Registro,* indict. 2, cap. 6, epist. 6, ad *Eusebium archiepisc. Thessal.*

44. Hereditatem expectans sæculi, coheres Christi esse non poteris. *Epist.* 1, ad *Heliodor.*

45. Quantis sudoribus hereditas cassa expetitur? minore labore margarita Christi emi poterat. *Ibid.*, epist. 2, ad *Nepotian.*

46. Certior hereditas est, dum vivis, bene abuti substantia tua, quam tuo labore quæsitia in incertos usus relinquere. Lib. 1, advers. *Jovian.*

47. Si circa terrena patrimonium sua in coheredum divisione quis nititur sortem commodioris portionis appetere, quanto propensiore cura partem celestis hereditatis diligere debemus? Super *Psal.* cxviii, vers. *Partio mea, Domine.*

48. Qui sub disciplina Dei non est, ad hereditatem filiorum Dei pertingere non potest. Super *Psal.* xvii, cap. 30.

49. Hereditas a domino excolitur, dominum pascit, firmior possidetur. Lib. 4, de *Propriet. rerum.*, cap. 8.

50. Pauperis hereditas licet sine liberis discedat, cum propter exiguitatem, non sit contentione digna, ad amicos transit atque cogentis : divitis autem, eoque multorum undique ad se allicito oculo, non raro ad inimicos devenit. *Homil.* 5, de *Fide Amæ.*

S. CYRILLUS ALEX.

S. FRANCIS ASSISIENSIS.

GLOSS. INT.

GLOSS. ORD.

S. GREGOR. MAGNUS.

S. HIERON.

S. HILARIUS.

HUGO A S. VICTORE.

S. JOANNES CHRYSOST.

51. Hereditatem capere non debet, qui filii nomen per contemptum patris amittit. *Serm. super illud Isaiæ: Si volueritis et audiveritis me.*

52. Si hæres es, testatoris delegata conserva: si filius es, lineamenta patris demonstra. Hæres testamento, et filius amore comprobatur. *Homil. 1, in Dictum Joan. xv: Vos amici mei estis.*

53. Qui injustam accipit hereditatem, etsi ipse eam non rapuit, aliena tamen possidet, et hoc certe persuasum habet, et propterea dignus est, qui puniatur. *Homil. 15, super I Cor. in Morali.*

54. Qui nihil attingit, ab omnibus liberatus est negotiis, quæ sequuntur defuncti hereditatem. *Super Epist. ad Galat., cap. 5.*

55. Si quis hereditatem amiserit, videtur omnibus esse dolendus. *Homil. 23, super Epist. ad Hebr., in Morali.*

S. ISIDORUS HISPALENSIS.

56. Patrimonium grande, grandis tentatio est. *Lib. 3, de Summo bono, cap. 59, sent. 10.*

57. Patrimonium retentum perit, manet autem erogatum. *Ibid.*

58. Dū enim cum rebus nostris durare non possumus, quia aut nos illas moriendo deserimus, aut illæ nos viventes deserunt. *Ibid.*

LACT. FIRM.

59. Injustum est augeri patrimonialia locupletum, per damna miserorum. *In Epitome, cap. Super est.*

60. Hereditas christianorum hæc est, continentia, misericordia, patientia, charitas, fides, quæ nec eripi, nec ad alium transferri potest. *Lib. 7, de Divin. inst., cap. 27.*

PETRUS

BLESSENSIS.

61. Beatus est, cujus portio et hereditas Deus. *Epist. 137.*

62. Hereditas mundana, ante posteris infert jurgia, quam confert censum: antequam dividat facultates, scindit heredes: antequam debitas tradat singulis portiones, successors ipsos deserat, et mittit in partes. *Prose.*

63. Non certe est hereditas ista, sed pugna, et hæc noverca filiorum est, non facultas. *Serm. 162.*

64. Ille ditat filios, qui relinquunt filiis plenissimam charitatis hereditatem. *Ibid.*

65. Quæ major hereditas, quæ melior hereditas, quam divinæ vinculum charitatis. *Ibid.*

66. Qui competit jus hereditatis, competit etiam propinquitas generis. *Opus. 8, cap. 4.*

67. Qui hæres Dei et cohæres Christi est, omnem terreni stammatis superat dignitatem. *Opus. 49, cap. 11.*

68. Censu terrenus eis, a quibus viliosè diliguntur, non est voluptatum materia, sed dolorum. *Lib. 2, de Vita contemplat., cap. 13.*

69. Quid potest eo esse felicitius, cui efficitur suus conditor census, et hereditas ejus dignatur esse ipsa divinitas? *Ibid., cap. 16.*

70. Quid æstus, paterna pietas? quid ad conquirenda terrena et peritura distenderis? nihil majus præstare filius potes, quam si hoc bonum per te habeant, quod nunquam penitus amittant. *Prose.*

71. Non necesse est ergo, ut filio tuo terrenos thesauros recordas: nulla re cum facies ditiorum, quam si ipsum tuum thesaurum Dei feceris. *Lib. 1, ad Eccl. catholic.*

72. Quam longe sunt a mandato Dei, quos cum ipso jussit Deus viventes opibus renuntiare, illi eas cupiunt etiam in cognitis suis inortui possidere. *Prose.*

73. Aut quam longe ab ea devotione sunt, ut exhæredent seipsos propter Deum, qui exhæredare nolunt saltem extraneos propter se.

74. Quæ insania est, o miserimi, ut heredes alios quoscunque faciatis, vosipsos vero exhæredatis? ut alios relinquatis vel brevi divites, vosipsos eterna mendicitate damnatis. *Ibid., lib. 2.*

75. Dubitare quis debeat, quin sua hereditibus mundanis servire nolint; qui seipsos mundo eliminaverint? *Ibid.*

76. Quaslibet divitias homo filijs suis congerat, nequaquam hoc ei proderit in iudicio, quod divitem reliquit heredem. *Ibid., lib. 3.*

77. De locupletandis quibuscunque hereditibus tuis cogitas, cui suppellectilis varis ornamenta transcribas: infelicissime omnium, cogitas quam bene alij post te vivant, non cogitas quam male ipse moriaris. *Ibid.*

78. Iniquum non est, ut quilibet christianorum, etiam legitimis hereditibus in hoc sæculo consulat, dummodo sibi in æternitate succurrat: salus est hic deesse filiis quippiam, quam parentibus in futuro. *Ibid.*

79. Ipsi quibus hereditas relinquatur, si modo pietatis aliquid in se habent, specialiter velle debent, ne illi preant qui relinquunt. *Ibid.*

80. Non injuste testator sapiens non relinquit, quod hæres impius non meretur. *Ibid.*

81. Beatus ille, qui suos ipse divini amoris spiritu amat, cujus charitas Christi cultus est, qui in naturæ vinculo Deum cogitatur naturarum patrem, et dum id quod pignoricus præstat, Domino suo fœnerat. *Ibid.*

82. Flammæ infericium mortuorum, divitiis non refrigerantur heredum. *Ibid.*

83. O infelix ac miseranda conditio! bonis suis aliis avarus preparat beatitudinem, sibi afflictionem: aliis gaudia, sibi lacrymas: aliis voluptatem brevem, sibi ignem perennem. *Ibid.*

84. Non liberantur filij divites parentes reos, nec restringuntur flammæ miseri testatoris delicias affluentibus opulentus hæres. *Ibid.*

S. VALEN.

EPISCOPI.

85. Plurimi ut in hac caduca et brevi vita hæreses divites habeant, æterna seipsos morte condemnant. *Ibid.*

86. Ita mortuus substantiam tuam alteri deputa, ut capere ex ea fructus post mortem ipse possis. *Ibid.*

87. Satis infidelis ac satis est stultus, qui mavult prestare aliis ut sit miser, quam sibi ut sit lætus: et ut alios affluere faciat deliciis temporariis, se tradit urendum ignibus sempiternis. *Ibid.*

88. Non vile ac despicabile putes, si substantiam tuam miseris atque egenis derelinquas, Christum in illis facis heredem. *Prose.*

89. Christum quidem heredem facis, sed hereditatis emolumenta percipies: quæcumque enim Christo reliqueris, per Christum omnia possidebis. *Ibid., lib. 4.*

90. Tandem juris tui est patrimonium tuum, quando chirographi fide alteri non fuerit obligatum. *Homil. 4, de Promissis.*

91. Astimari non potest quantum patrimonio utilitas accrescat, si quando quod alibi ambitiose queritur, in propria possessione nascatur. *Ibid., homil. 15, de Bono martirii.*

92. Quamvis legitimus hæres sit, non tamen sine cupiditatis vitio successionis vota componit. *Ibid., homil. 20, de Avarit.*

SENTENTIA PAGANORUM.

CICERO.

93. Optima hereditas a patribus traditur liberis, omnique patrimonio præstantior, gloria virtutis: cui dedecori esse, nefas et vitium judicandum est. *Lib. 1, Offic., num. 121.*

94. Mibi verè hereditates non honestè videntur, sit sint multissimos officiorum blanditiis, non veritate, sed simulatione questis. *Lib. 3 de Offic.*

95. Si in id studes, ut liberi tui, uxor, amici perpetuo vivant et floreat, stultus es. In suo *Enchirid., cap. 9.*

96. Heredem scire utilis est quam querere. In suis *Sent., sent. 174.*

97. Magis hæres fidus nascitur, quam scribitur. *Ibid., sent. 233.*

98. Nihil est iniquius, quam aliquem hæredem patrum odii fieri. *Lib. 2 de Ira, cap. 34.*

99. Quanta dementia est, heredi suo procurare, et sibi negare omnia, ut tibi ex amico inimicum magna faciat hereditas: plus enim gaudebit tua morte, quo plus acceperit. *Epist. 123.*

Vide etiam tit. *Fraternitas, sent. 16; Venditio, sent. 16, 17.*

HERESIS.

S. HIERON. &

Etymologia. Hæresis græcè ab electione dicitur, quod scilicet unusquisque id sibi eligit quod

ei melius esse videatur. *Super Epist. ad Tit. cap. 11, in illud: Hæreticum hominem delecta.*

Et S. Isidorus Hispalensis, lib. 8, Etymolog. Hæresis dicta est græcè voce ex interpretatione electionis, qua quisque arbitrio suo ad institumenda, sive ad suscipiendum quælibet ipse sibi eligit. *Ibid.*

Hæresis interpretatur electio, et dum quod eligit, qui defendere nititur, relicto veritate tramite in hæresim necesse est prolatur. *Opus. 24.*

Definitio. Hæreticus est sycophanta et accusator veritatis, vel falsa existimatio de eo, quod non est. In lib. *Vite duce, cap. 2, de Verbo.*

Hæreticus est, qui alioquin temporalis commodi, et maxime gloria, principatusque sui gratia, falsas opiniones ac novas, vel pignit, vel sequitur. *Super ad Cor. II, in illud: Operetur hæreses esse. S. August. de utilitate credendi, cap. 1.*

Hæreticus est, qui prisca apostolica fidei sacramenta deserens, ipse sibi pro sua voluntatis arbitrio fidem, quam sequi debeat, somniat. *In Dispul. contra Arium.*

Hæreticus est qui divins legis ignorantia, vel contemptu, pertinax inventor novi erroris, aut alieni scotator, catholicis veritati mavult adversari, quam subijci. *Super 4. Sent., dist. 13, dubio 4. Et Cassiodorus super Psalm. cxxxviii.*

Hæreticus ille merito dicendus est, qui tenetur errorem, qui defendit abominabilis perfidia pravitatem. *Opus. 42, cap. 3.*

Non quicumque deviat a communi fide, sed qui perinaciter deviat, proprie dicitur hæreticus. *Super 4. Sent., dist. 13, art. 5.*

Differentia. Inter hæresim et schisma hoc arbitror interesse, quod hæresis perversum dogma habeat, schisma autem quod ab Ecclesia separaret. *Super Epist. ad Tit., cap. xxxi, in illud: Hæreticum hominem.*

Hoc inter peccatorem et hæreticum distat, quia peccator, qui delinquit; hæreticus autem, qui peccatum per pravum dogma defendit. *Opus. 24, contra Proprietarios.*

Hæresis et schisma distinguuntur; nam hæresis per se opponitur fidei, schisma autem per se opponitur unitati ecclesiasticæ charitatis. *2, 2, quest. 39, art. 4.*

Productio. A cupiditate gloriæ hæreses omnes perspicuum est confirmationis suæ causas habuisse. *De Necessar. quibusdam quest.*

Ex defensione et excusatione criminis hæresis nascitur. *Opus. 24.*

Omnes hæreses hinc nascuntur, nimirum quod eorum auctores afflictis suis et ventri quod

Super *Epist. ad Rom., cap. xvi, in illud: Declinate ab ipsis.*

8. ISID. HISP.

S. ISIDORUS

HISPALENSIS.

S. HIERON.

PATRIARCH.

S. ANASTAS.

&

S. AUGUST.

S. ANSELM.

S. HIERON.

DAMIANUS.

S. ANASTAS.

&

S. AUGUST.

S. ANSELM.

&

S. AUGUST.

S. ATHANAS.

MAGNUS.

S. BONAV.

&

CASSIODOR.

S. PETRUS

DAMIANUS.

S. THOMAS

AQUINAS.

S. HIERON.

S. PETRUS

DAMIANUS.

S. THOMAS

AQUINAS.

S. HIERON.

S. PETRUS

DAMIANUS.

S. THOMAS

AQUINAS.

S. JUSTIN.

SMART.

S. PETRUS

DAMIANUS.

THEOPHYL.

SENTENTIE PATRUM.

8. AMBROS. 1. Heresis velut quedam hydra fabularum, vulneribus suis crevit : et dum sæpe reciditur, pullulat igni debita, incendioque peritura. Lib. 1, de Fide ad Gratianum, cap. 4.
2. Hæreticus imperfectum tentare potest, non potest supplantare perfectum. Super *Psalm*. cxviii, serm. 2, vers. 8.
3. Astutia hæreticæ mentis, ut id quod sibi libitum est expleat, verba Dei adulterat, ut sensum invertat. Super II, *Cor.* vi, in illud : *Adulterantes verbum Dei.*
4. Hæretici hi sunt, qui per verba legis, legem impugnant. Super II, *Tim.*, cap. iv, in illud : *Hæreticum hominem devita.*
5. Vix aliquem ex inventoribus hæreson invenies, qui penitentiam egerit ex suis erroribus. Super *Apocalyps.*, cap. xvi.
- S. ATHANAS. MAGNUS. 6. Hæreticus pravum omnino, et undequaque corruptum animum ad impietatem habet. Serm. II contra Arianos.
7. Hæreticus est calumniator, et accusator veritatis, vel falso opinio ejus, quod non est. In *Definit.*
9. AUGUST. 8. Si superbia non esset, non essent hæretici : hi autem si non essent multo pigrius veritas quaeretur. De *Vera relig.*, cap. 25.
9. Utamur hæreticis, non ut eorū approbemus errores; sed ut catholicam disciplinam adversus eorum insidias asserentes, vigilantiores et cautions ejus, etiam eos ad salutem revocare non possumus. *Ibid.*
10. Homines si bonæ sunt fidei, non credunt hæreticis : sed quid eis respondeant, diligenter inquirent. Lib. 1 de *Genesi*, contra *Marnich.*, cap. 1.
11. Cum hæretici generaliter scientiæ pollicitatione accipiunt, et reprehendunt eos, quos simpliciter credentes invenerint, et quia carnalia omnino persuadent, quasi ad carnalium oculorum apertionem conantur adducere, ut interior oculus excoecetur. *Ibid.*, lib. 2.
12. Serpens ille est error hæreticorum, qui tentat Ecclesiam : ille error pectore et ventre serpit et terram manducat; non enim decipit, nisi aut superbus, qui sibi arrogantes quod non sunt, cito credunt; aut desideris carnalibus implicatos, qui libenter audiunt, quod quidquid lascive faciunt, non ipsi faciunt, sed gens tenebrarum : aut curiosos, qui terrena sapiunt et spiritalia terreno oculo inquirent. *Ibid.*, lib. 2, cap. 2.
13. Quisquis ab hac catholica Ecclesia fuerit separatus, quantumlibet laudabiliter se vivere existimet, hoc solo scelere quod a Christi unitate

disjunctus est, non habebit vitam, sed ira Dei manet super eum. Epist. 152, ad *populum factionis.*

4. Qui sententiam suam quamvis falsam atque perversam nulla pertinaci animositate defendunt, corrigi parati, nequam sunt inter hæreticos deputandi. Epist. 162, ad *Episcopos Donatistas.*

15. Conantur hæretici auctoritatem stabilissimam fundatissimæ Ecclesie quasi rationis nomine et pollicitatione superare : omnium hæreticorum quasi regularis est ista temeritas. Epist. 56, ad *Discorum.*

16. Hæreses et scandala futura predicta sunt, ut inter inimicos erudiamur, ac sic et fides et dilectio nostra possit esse probator. Epist. 50, ad *Bonifac.*

17. Hæresibus pullulantibus et celebriter obviandum. Epist. 91.

18. Tanto fortius convincuntur hæretici, quanto plures eorum patent ad eorum laqueos evitandos. Lib. 1, de *Trinit.*, cap. 43.

19. Hæretici sunt, qui Scripturas non recte intelligentes, suas falsas opiniones contra earum veritatem pervicaciter asserunt. Lib. 7, de *Gen. ad lit.*, cap. 9.

20. Sub nomine christiano tam multe hæreticorum exiterunt falsitates. In Lib. *Quest. Evang. secundum Matth.*

21. Qui in Ecclesia Christi, morbidum aliquid, pravumque sapiunt, si corrupti ut sanum rectumque sapiant, resistunt contumaciter, sive pestifera et mortifera dogmata emendare nolunt, sed defensare persistunt, hæretici sunt. Lib. 8, de *Civ. Dei*, cap. 51.

22. Dissensio et divisio hæreticos, par vero et unitas facit catholicos. Lib. 2, contra *lit. Pellicani*, cap. 95.

23. Non nate sunt hæreses, nisi dum scripturæ bonæ intelliguntur non bene, et quod in eis non bene intelligitur, etiam temere et audacter asseritur. Tract. 18, de cap. 5.

24. Omnes hæretici, qui relicta veritate via errando per desertum latrocinantur, et animas captant in peccatis, præpediuntque ne quis ad patriam valeat pervenire, effeci sunt lupi semitæ, induti ovina pelle. De *Canticis novo*, cap. 4.

25. Hæretici catholici esse nondum incipiunt, nisi hæretici esse destiterint. Hab. in *Decret. Gratiani*, part. 2, causa 23, quæst. 4, can. *Quid*, § *Catholicis.*

26. Heresis, non religio, sed superstitio est. Lib. 27, contra *Gaudent.*, cap. 11.

27. Non omnis error heresis est, quamvis om-

nis heresis, que in vitio ponitur, nisi errore aliquo heresis esse non possit. De *Hæres. ad quodvult-Deum.*

28. Diabolus quia multos deos non potuit fabricare christianis, sectas multiplicavit, errores seminavit, hæreses instituit. De *Vitæ. jejuniis*, cap. 8.

S. BERNARD. 29. Omnibus una intentio hæreticis semper fuit, captare gloriam de singularitate scientiæ : sola ista malignior cæteris versutiorque hæresibus, damnis pascitur alienis, propriæ gloria negligens. Serm. 65, super *Con.*

30. Hæretici oves sunt habitu, astu vulpes, actu et crudelitate lupi. *Ibid.*, serm. 66.

31. Hæretici sunt, qui boni videri, non esse, mali non videri, sed esse volunt : mali sunt, et boni videri volunt, ne soli sint mali : mali videri timeant, ne parum sint mali. *Ibid.*

32. Hæretici ita in malum honorum boni appareant student, mali nolunt, ut plus liceat malignari. *Ibid.*

33. Hæretici nec rationibus convincuntur, quia non intelligunt, nec auctoritatibus corriguntur, quia non recipiunt, nec flectuntur suasionibus, quia subversi sunt. *Ibid.*

34. Hæreticus inimicus est crucis Christi, seminator discordiæ, fabricator schismatum, turbator pacis, unitatis divisor. Epist. 195, ad *Episcop. Constantensem.*

35. Hæretici conversatio mel, et doctrina venenum : cui caput columbe, cauda scorpionis est. Epist. 176, ad *Guidonem Legatum.*

S. BONAV. 36. Hæretici satellites sunt hostis antiqui, et fidelium inimici. Expos. 2, super *Psalm*. cxviii, cap. 6, vers. 5, art. 3.

37. Errare potero, hæreticus nunquam ero. Super *Sap.*, cap. vii.

38. Si quis imprudenter errat, et errorem suum non defendit, hic non est judicandus hæreticus : sed ille tantum qui quod male de fide sentit, quod deterius est, incorrigibilis asseverat, et defendit. Super *Epist. ad Titum.*

CASSIODOR. 39. Rana est loquacissima vanitas hæreticorum, que cænosus sensibus commorata, improbis clamoribus garrire non desinit. Super *Psalm*. lxxvii, vers. 51.

40. Non potest inveniri nequior perfidia, cunctis hæresibus. Super *Psalm*. cvii.

41. Hæretici viam Domini deserentes, pravus dogmalibus populos decipere, potius quam docere festinant. Super *Psalm*. cxxxix, vers. 5.

S. CYRILLUS BIEROSOL. 42. Hæreticorum filii per blandiloquentiam et facundiam seducunt corda hominum, minime malorum, qui grato Christi nomine, impiorum dogmatum venena occultant. *Cateches.* 4.

Tom. II.

43. Ordinem hæretici et textum Scripturarum supergredientes atque transilientes, quantum in ipsis est, solvunt membra veritatis. *Prose.*

44. Transierunt autem et transiungunt, et alterum ex altero facientes, seducunt multos ex iis que aptant ex Dominicis eloquiis, male composito commento. De *Virtute*, cap. 8.

45. Hæretici demonum sunt ministri, et precursores antichristi : eos quos attrahunt, decipiunt. In annot. super *Psalm* ix, *Dum attrahit eum.*

46. Hæretici peccatorum suorum jaculis cruciatum, cum verba divina in argumentum sui erroris trahunt, arma sua contra pectus suum morituri invertunt. Super 1, *Paralip.*, cap. x.

47. Hæretici errorem suum student sacre Scripture testimoniis colorare. Super *Judith.*, cap. v, *Moraliter.*

48. Hæretici ex bonis mala abscondunt, ut recipiantur : et ex malis bona inficiunt, ut corumpant. Super *Job*, cap. xv.

49. Hæretici inquisitionibus non intendunt veritatem assequi, sed victores videri. *Ibid.*, cap. vi, in illud : *Et non invenietis in lingua mea iniquitatem.*

50. Hæretici non tantum dolose cogitant, sed et alios docent. Super *Psalm*. v.

51. Superbia facit hæreticum, non ignorantia. *Gloss. Int.* Super *Hier.*, cap. xxxix.

52. Hæretici sunt callidi in fide, fortes in disputatione, crudeles in occisione. super *Acta Apost.*, cap. xx.

53. Hæretici permiscunt recta perversis, ut ostendendo bona, auditores ad se trahant : et exhibendo mala, latentis eos peste corrumpant. Lib. 5 *Moral.*, cap. 10.

54. Hæretici imperitos quosdam perversis ad se persuasionibus trahunt, et doctrinis pestiferis ad interficiendum nutriunt. *Ibid.*, lib. 16, cap. 21.

55. Heresis incerta et magna promittit, ut quæ certa et moderata sunt, auferat. Epist. 29, ad *Theodoram.*

56. Omnes hæretici, christiani non sunt : si Christi non sunt, diaboli sunt. Epist. 12, ad *advers. Luciferianos.*

57. Subtilis est heresis, et eo simplices animæ facile decipiuntur. *Ibid.*

58. Sola hæc heresis est, quæ publice erubescit loqui, quod secreto docere non metuit. Epist. 3, ad *Ctesiphont.*

59. Omnis hæreticus hypocrisis est, aliud agens et aliud simulans : et quidquid loquitur, hæreticatur esse sapientia, tamen stultitia est. Lib. 4, super *Isaiam*, cap. ix, super illud : *Et disperdet ab Israel.*

S. EPIPHAN. TITELM.

GLOSS. ORD.

GLOSS. INT.

S. GREGOR. MAGNUS.

S. HIERON.

60. Quidquid heretici loquuntur in synagoga Satanae, non est doctrina Domini, sed ululatus demonium. *Ibid.*, lib. 6, cap. xiv, super illud: *Elerit Babylon.*

61. Nulla hæresis, nisi propter gulam, ventremque construit. Lib. 1, super *Hierem.*, cap. iii, super illud: *Et Dixit Dominus ad me: Justificavit.*

62. Heretici sub nomine Christi, Christum blasphemant, et impugnant. Super *Job*, in Proemio.

63. Multo peioris conditionis sunt heretici, quam gentiles: quia in illis spes fidei est, in istis pugna discordia. Lib. 2, super *Matth.*, cap. xi, can. 6, num. 129, super illud: *Cum immundus spiritus.*

HUGO CARD. 64. Nullus potest hæresim struere, nisi qui ardentis ingenii est. Super *Oseam*, cap. x, *Mystice.*

S. IGNAZIUS MART. 65. Omnes heretici columnæ sepulcrales, et mortuorum sunt monumenta, quibus mortuorum hominum nomina inscripta sunt. Epist. 9, ad *Philadelph.*

66. Nefandas hæreses fugite, ut fontem malorum. *Ibid.*, epist. 10, ad *Smyrnenos.*

67. Hereticorum spiritus erraticus est et falsus: seipsum prædicat, sua loquitur, sibi placet, seipsum glorificat. *Prosec.*

68. Plenus fastu est, mendax, fraudulentus, assentatione et adulatione gaudens; subdolos versus, scilicet psalmorum consarginator, nugax, inconstans, verbosus, lubricus, melancolicus. *Ibid.*, epist. 14, ad *Ephes.*

S. INNOC. III 69. Heretici cum a fide Catholica destiterint, perfectionem spiritus, quam acceperant, amiserunt. Hab. in *Decret. Gratiani*, part. 2, causa 24, quæst. 1, can. *Heretici.*

S. JOANNES CHRYSOST. 70. Hæresis periculosa res est, sed utilis, et valde periculosa: utilis est, quia tentatur fideles per eam, et ab infidelibus segregantur: periculosa, quia multi seduceantur per eam, et pereunt. Homil. 49, super *Matth. Oper. imperf.*

71. Heretici fidem prædicant, et infideliter agunt: pacem aliis dant, et sibi non habent: veritatem laudant, et mendacia diligunt: luxuriam castigant et luxuriam exercent. *Ibid.*, homil. 44.

72. Heretici interiorem savitiam innocentia vestitus occultant, ovium indumento contexti, quod profitentur, infamant: aliud docent quam plasmatis Dei. In fide prologi *adversus Heresim.*

73. Hi sunt, qui quod execrantur, admittunt: qui quod prohibent, faciunt; et quod faciendum præcipiunt, operum simulatione dissolvunt.

74. Apud quos innocentia culpatur, et culpa pro innocentia ducitur.

75. Apud quos peccare, justum est: et justitiam exercere, nefandum.

76. Apud quos promereri, delinquere est: et delicta admittere, promereri est.

77. Ubi certant facta cum dictis, dimicant doctrina cum factis.

78. Ubi alia sermonibus sonant, alia operatione confirmant.

79. Ubi studium nullum est, nisi ut innocentibus poena, reis gloria tribuatur. Homil. 14, ex *Diversis in Matth.*

80. Luporum genus quanto est omnibus bestiis inferius, tanto malitia crudelitatemque deterius: sic heretici quanta subtilibus agunt, tanto nocentius: quanto subtilius agunt, tanto nocentius; quanto submissius, tanto pejus. *Prosec.*

81. Inessu sunt humiles, sed actu nocentes: vestitu simplices, sed malitia sæviores: aspectu mites, sed immanitate crudeles.

82. Et tamen lupi, vigilante pastore, ovibus nocere non possunt: traditores vero nec ovibus, nec pastoribus parcunt.

83. Quod vocantur, debellant: quod profitentur, impugnant. Christianos, quod se essentolunt, simulant, malitiose infestant.

84. Malum enim dici quod non sunt, ut in aiis damnent quod faciunt. *Ibid.*

85. Hæresim mater est principatus cupiditas. Super *Epist. ad Galat.*, cap. v.

86. Nulla unquam hæresis de Ecclesia trinitatis: verum semper quidem furit; et postquam aliquantum progressa est, statim evanescit. Lib. *Parall.*, cap. 12.

JOAN. GENS. 87. Hæresis est dogma falsum fidei orthodoxæ contrarium. Serm. 1, *circa præceptum? Non occides.*

88. Hæresis est dogma perversum fidei catholicae contrarium. Lib. 2, *Articulus contra Petr. de Luna*, conclus. 4, part. 1.

89. Hæresis sola non facit per se hereticum, nisi dum conjungitur depravatio pertinax ipsius voluntatis. Serm. 2, *circa præceptum: Non occides.*

90. Ille proprie dicitur hereticus, qui pertinaciter asserit, imo determinat hæresim. Lib. 2, *articulorum contra Petr. de Luna*, conclus. 2.

S. IRENEUS. 91. Quæcumque cum gravitate summa dixerint omnes heretici, in ultimum ad hoc deveniunt, ut blasphemant fabricatorem, et contradicant saluti plasmatis Dei. In fide prologi *adversus Heresim.*

S. ISIDORUS HISPALENS. 92. Hereticorum occasione propagati sunt doctores in fide, et per acumina hæresum Ecclesie magistri creverunt. Lib. 1, *de Summo bono*, cap. 16, sent. 5.

93. Heretici sunt, qui relicta Dei Ecclesia, privatas elegerunt societates. *Ibid.*, sent. 7.

94. Tanta est hereticorum calliditas, ut falsa veris malaque bonis permisceant: salutaribusque rebus plerumque erroris sui virus interserunt, quo facilis possint pravitatem perversi dogmatis sub specie persuadere veritatis. *Ibid.*, lib. 3, cap. 12, sent. 6.

95. Heretici haustum lethiferi succi hominibus persuadendo propinant. *Ibid.*, cap. 13, sent. 11.

S. JUSTIN. ORGELIATAN. 96. Semper heretici in primordiis, velut ficta religione conspicui, in extremis suis ignem trahunt, gehennæ incendio deputati. Super *Cant.* cap. iii, explicat. 51.

S. LEO I. 97. Heretici humiliter irrepunt, blande capiunt, molliter ligant, latenter occidunt. Serm. 5, *de Jejun. decimi mensis.*

98. In secta hereticorum lex est mendacium, diabolus religio, sacrificium (si sit) turpitudine. *Ibid.*

99. Heretici tot species habent diaboli, quot simulacra mendacii. Serm. 13, *De Passione Dom.*

100. Hæresis impia est, et evangelicæ veritati inimica: quas non portionem aliquam ledere, sed ipsa religionis christianæ conatur fundamenta convellere. Epist. 41, ad *Pulcheriam August.*

101. Quæ patefacta sunt querere, quæ perfecta sunt retractare, et quæ sunt diffinita convellere, proprium hereticorum est. Epist. 78, ad *Leonem August.*

102. Nihil est sordium in quorumque sensibus impiorum, quod in hereticorum dogma non confluerit. Epist. 93, ad *Turibium episcop. Asturians.*

LUDOVICUS BLOSIVS. 103. Heretici suum sensum proterve defendunt, et ea que adveniunt obstinata mentosequeuntur. Lib. 1, *Collyrii heretic.*, cap. 1.

104. Heretici, qui Ecclesia catholica relicta in suis erroribus moriuntur, salutem non inveniunt, sed pereunt. *Prosec.*

105. Hi sunt ulcerosa, sive putride membra Ecclesie, quæ cum insanabilia permanserint, præcidentur a corpore, et in ignem æternum mittuntur. Epist. ad *Florentianum.*

ORIGENES. 106. Multo nocentior est hereticus bonæ vite, et plus in doctrina sua habet auctoritatis, eo qui doctrinam conversatione maculat. Homil. 7, in cap. xvi, *Ezech.*

S. PAVLUS DAMIAN. 107. Non error hereticum, sed porvix obstinatio facit: nec omnes heretici aliendi sunt, qui opinantur errorem, sed qui pertinaciter et audacter prædicant falsitatem. Epist. 13, ad *Alexandr. Pap.*

TERENTII. 108. Hæreses non tam novitas, quam veritas revincit, *De Virg. veland.*, cap. 4.

109. Hæresis non recipit quasdam scripturas: et si quas recipit, adjectionibus et detractionibus ad dispositionem instituti sui intervertit. *Advers. heretic.*, cap. 17.

110. Fere hæreses ad nostra exempla prosiliunt, inde sumentes presidia, quo pugnant. *De Anima*, cap. 17.

111. In hæresi quidquid edificatum fuerit, corruit. Lib. 4, in *Evangel.*

Vide etiam tit. *Astutia*, sent. 12; *Blandities*, sent. 30; *Catholicus*, sent. 10; *Deceptio*, sent. 32; *Discipulus*, sent. 22; *Disputatio*, sent. 14; *Doctrina*, sent. 71; *Dogma*, sent. 4, 11, 13, 14, 25, 26, 28, 29; *Ecclesia*, sent. 28; *Eloquentia*, sentent. 11, 24; *Error*, sent. 26; *Martyrium*, sent. 15; *Mendacium*, sent. 69; *Negare Deum*, sentent. 14; *Oblatio*, sent. 34; *Philosophia*, sent. 14; *Pravitas*, sent. 6; *Seductio*, sentent. 5; *Templum*, sentent. 13; *Unitas*, sentent. 51; *Zelus*, sentent. 50.

THEOPHYL. ANTIQC.

HERODES.

SENTENTIA PATRUM.

1. Herodes saltatrici premium turpiter promissit, crudeliter solvit. S. AMBROS.

2. Turpe, quod regnum pro saltatione promittitur: crudele, quod mors propheta pro jurisjurandi religione donatur. Lib. 3 *Offic.*, cap. 12.

S. BERNARD 3. Misera plane civitas, in qua regnat Herodes, quoniam herodiana sine dubio participis erit malitia, et ad nove salutis ortum herodiana movebitur turbatione. Serm. 3 *Epiph.*

S. DONAT. 4. Omnes, qui vocati sunt Herodes, mali fuerunt: unde primus Herodes fuit malus, secundus peior, tertius pessimus. Super *Luce.*, cap. xiv, in illud: *Herodes vult te occidere.*

5. Herodes interpretatur in pelibus glorians, quod designat quemlibet superbum et vane gloriosum. *Ibid.*

6. Herodes in exilium relegatus miserime vitam finivit, cum ipsa meretricula, quam amavit: sed puellam que saltavit, vivam terra absorbit. Serm. 4, *de S. Joan. Bapt.*

S. EUSEBIUS EMISS. 7. Nihil proleis, Herodes ferocissime; impietatis audacia potes martyres facere, Christum non potes invenire. Serm. *de Innoe.*

S. FILGENT. 8. Quid est quod sic turbatis, Herodes? quoniam natum regem Judæorum audisti, turbatis, suspitionibus agitaris, invidia stimulis inflammaris, et ob hoc natum regem occidere conaris. *Prosec.*

9. Inanis est ista turbatio tua, et vana prorsus cogitatio: Rex iste qui natus est, non venit reges pugnando superare, sed moriendo mirabiliter subjugare.

10. Nec ideo natus est, ut tibi succedat; sed ut in eum mundus fideliter credat: venit ergo, non ut pugnet virus, sed ut triumphet occisus.

41. Nec ut sibi de aliis gentibus auro exercitum quaerat, sed ut pro salvandis gentibus pretiosum sanguinem fundat.

42. Inaniter invidendo timisti successorem, quem credendo debuisti querere Salvatorem. Serm. 5 de Epiph.

43. O humana dementia! ut luxuriaret Herodes, necatur Joannes: numquid propheta suo te terruit merito, et non divino iudicio? Prosec.

44. Res est extremae dementiae, odiosae loquentem, nec meture iudicantem. Serm. 7, de Herode.

15. Solent reges solemnitatibus suis magnas ac terrenas opulas querere: Herodi autem, copit et carcer delicias ministrare. *Ibid.*

16. Herode incaute juravit, et nefarium iurandum quod protulit, in Praecursoris Domini morte completit. Lib. 5, in I Reg., cap. iv.

17. Nullum alium invenimus observasse diem natalis sui, nisi Herodem et Pharaonem; ut quorum erat par impietas, esset et una solemnitas. Lib. 2, super Math., cap. xiv, can. 6, num. 145, super illud: *De autem natalis Herodis.*

18. Herodias timens ne Herodes aliquando resipisceret, vel Philippo fratri amicus fieret, atque illicitae nuptiae repudio solverentur, monet filiam in ipso statim convivio caput Joannis postulet, digno operi sallationis dignum sanguinis praemium. *Ibid.*

19. Dissimulat mentis suae malitiam Herodes, artifex homicida, cum tristitiam in facie, et letitiam haberet in mente. *Ibid.*

20. Scelus excensat juramento Herodes, ut sub occasione pietatis impius fieret. *Ibid.*

21. Sceleratus admodum fuit Herodes, et Herodias, ac puella quae saltavit in profum sanguinis, caput postulat prophetae ut habeat in potestate linguam, quae illicitas nuptias arguebat. *Ibid.*

22. In convivio cum Herode sedeo, cum in delectatione vitorum, vanaque gloria favorem quaero: saltantem conspicio filium Herodis, dum mihi placet vanitas curiositatis. Lib. 2, de Claustro animae, cap. 17.

23. Convivium Herodis diabolicum fit cibus caedes; vinum transit in sanguinem; finis apponitur in natali; in ortu exhibetur occisus; convivium mutatur in homicidium; organa vertuntur in fumus; tragediae personant saeculorum. Homil. 15, ex Divers. in Math.

24. Herodes profanavit templum, sacerdotium sustulit, confudit ordinem, temeravit regnum, corruptit quidquid erat religionis, quod legis,

quod vita, quod morum, quod fidei, quod disciplinae perdidit et confudit. Lib. *Ibid.*

25. Herodes sicarius in cives, in nobiles latro, in socios populo, in domesticos praedo, plebis interemptor, occisor filiorum, in extraneos homicida, in proprios parricida, inebrians terram cruore, in sili sanguinis permanebat. *Ibid.*

26. Herodes Joannis sanguinem pium in poculo crudelitatis absorbit. *Ibid.*

27. Herodes, te peliti causa, te arguunt vincula, te carcer accusat, te divulgat producta in publicum poena: Joannes injuriarum, causam custodiae qui requirit, in te invenit quod puniat, et in Joanne quod delectat. *Ibid.*

28. Herodes peccandi in Joannem differt facultatem, non auferit voluntatem: unde etiam quos suspendit a crimine, a viosiores reddit ad crimen, et aestuat animo quovisque perficiat quod cogitat malum. *Ibid.*

29. In convivio Herodis intrat bestia, non puella: quaerit caput amputare, non saltare: discurrit fera, non femina, aspergit jubar per corvices, non capillos: anfractibus dilatat membra, sevitia crescit augmentis. *Ibid.*

30. Saltatrix Herodis fit grandis crudelitate, saltando non corpore, et singularis fera usque dum capiat praedam: fremit ore, dentibus tendit, ferrum non suscipit, sed producit. *Ibid.*

31. Joannes de morte sua natus est, et Herodes de natali suo mortuus est. *Ibid.*

32. Herodes propter juramentum caput Praecursoris amputavit, propter juramentum noluit impudentem saltatricem repulsam pati, et homicidium perjurio pejus commisit. Homil. 13, super Acta Apost., in Morali.

33. Herodes, quia cum audisset vocem Dei per vocem hominis, non dedit gloriam Deo, crepuit et effusa sunt viscera ejus. Homil. 26, super Epist. ad Hebr., in Morali.

34. Rex erat Herodes satellitibus undique stipatus, divitis praepotens, regium tenebat imperium. Serm. de Vir. et vitibus.

35. Quemadmodum si quis infundat oleum super ignem ardentem, magis crescit incendium: sic ardentem zelum Herodis, delusionis opprobrium amplius excitavit. Homil. 2 super Math. Oper. imperf.

36. Quid miserius Herodiade, quam caput Joannis exhiberi sibi desideravit in disco, ut suum caput perpetuum gehemae ignibus flammisque demergeret? Homil. Quod nemo laeditur.

37. Prodit in medium puella saltatrix, Herodi placet atque convivis: jurat Herodes, Pete quid velis, tradam ego tibi ad dimidium usque regni mei. Prosec.

SENTENTIAE PATRUM.

38. Vides quoniam regnum abjecerit? Quidquid ipsa petieris, inquit tradam ego tibi ad dimidium usque regni.

39. Miser et infelix ita ne tibi mentis oculi caventur? tanti regnum facis? semel puella saltatrix, et regni dimidium tradis. Quid si secundo saltaverit? vobis exopta, ne denno saltet, vel si saltaverit, ne denno placeat: sin autem, porro unum relinquatur, ut tibi postea sit mendicandum. Serm. de Vir. et vit.

40. Satus erat Herodi iurandum interpositum violare, quam prophetae caput amputare. Lib. 3 Parall., cap. 6.

41. Herodes obsidens torquentum regnum, impugnat caeleste: terrenis inhians, irruit in divina, ipsamque pietatem tota impietate sectatur. Serm. 152.

42. Herodes destinatus ad scelus, ad piaculum promptus, paratus ad crimen, causas innocentium non requirit, jus abrogat, confundit fascesque. Prosec.

43. Cui nequitia est sodalis, cui odiosa est aequitas, iniquitas semper est amica.

44. Qui caedibus vivit, qui se munit sanguine, qui crudelitatem sectatur, cui de timore stat totum, de amore nil constat.

45. Herodes caecus Christum gladiis quaerit, investigat errore, crudelitate rimatur, successorem timens, inessit in auctorem. *Ibid.*

46. Herodes refuga, gentis Judaicae invasit regnum, libertatem sustulit, profanavit sancta, confudit ordinem, quidquid disciplinae, quidquid cultus est, abolevit. *Ibid.*, serm. 156.

47. Si Herodes penitentiam egisset, neque iurandum, quod stulte emisisset, servasset: nunquam profecto maximum illud scelus admisisset, ut Praecusorem Christi decollaret. Lib. 10, cap. 216.

HOMO.

Etymologia. Considera, o homo, unde nomen sumpseris; ab humo utique appellata est humanitas, specialis et domestica virtus hominis, quam consortem adjuvet. Lib. 3^o Offic., cap. 3, Cassiodorus super Psalm. cxxxix.

Definitio. Homo est animal intellectu praeditum, et quod sentit divinam mentem, vitae aeternae capax, et hujus spoliatione mortale. De Comuni essentia.

Homo est creatura Dei rationalis facta ad imaginem conditoris ipsius. Homil. 10 Hexamer.

Quid est homo? imbecillum corpus et fragile, nudum, suapte natura inerme. De Consolat. ad Marciam, cap. 11.

Quid est homo? alienae opis indigens, ad omnem fortunam contumeliam projectum. *Ibid.*

4. Nihil est magis quo homo caeteris animalibus praestet, quam quod rationis est participes. Lib. 1 Offic., cap. 26.

2. Hominis appellatione est dignus, qui non movetur a suae mentis stabilitate propter ventum verborum. Serm. 1 Perlee.

3. Omnis qui habet prurientes aures, qui omni verbo credit: non homo, sed brutum animal dignus est appellari. *Ibid.*

4. Homo secundum principatum mentis, participes est Deitatis, cum sit animalis, et mentalis. De Comuni essentia.

5. Quis non hominem se malit esse, etiam carne caecum, quam belluam videntem? Lib. 14 de Trin. cap. 14.

6. Quisque homo diligentius attendat primae conditionis suae excellentiam, quam nobilitate morum, exercitatione virtutum, et dignitate meritorum habere contendat. De Spiritu et anima, cap. 35.

7. Magna prorsus dignitas hominis est, portare imaginem Dei, et illius in se jugiter vultum aspicere, atque semper per contemplationem praesentem habere. De Spiritu et anima, cap. 52.

8. Scito quomodo homo es, cujus conceptio culpa, nasci miseria, vivere poena, mori necesse. *Ibid.*, cap. 51.

9. Omnis homo advena est nascendo, et incola vivendo, quoniam compellitur migrare moriendo. In Quasi. super Levitic., quest. 91.

10. Sensu nos multae bestiae superant, mente autem, ratione et scientia, nos illis Deus praeposuit. Prosec.

11. Humana anima quanto in sensus declinat, tanto magis stultiorum hominem peccati facit. De Quant. anima, cap. 28.

12. Homo ita excellit, ut nulla ei bestiarum, ipse autem multis imperare possit. Lib. 1, de Libero arbit., cap. 7.

13. Motibus animae cum ratio dominatur, ordinatus homo dicendus est. *Ibid.*, cap. 8.

14. Tolle jactantiam, et omnes homines quid sunt, nisi homines? Lib. 5 de Civit. Dei, cap. 17.

15. Omni miraculo quod fit per hominem, majus miraculum est homo. *Ibid.*, lib. 10, cap. 12.

16. Tandem est aliquid homo, quando haeret Deo, a quo factus est homo: nam recedens ab illo, nihil homo est. Super Psalm. lxxv, vers. 4.

17. Quando homo fit non homo, hoc est, quando aegrotescit, aegrotando aegritudo crescit, peccator expavescit, cor contremiscit, caput obstupescit, sensus evanescit, virtus exarescit, vultus

S. JOANNES DAMASC.

S. PETERUS CRYSTOSOL.

IN VITIS PATR.

S. AMBROS. & CASSIODOR.

S. ATHANAS. M. US.

S. BASILIUS MAGNUS.

SENECA.

S. AMBROS.

S. ANTONIUS DE PABULA.

S. ATHANAS. MAGNUS.

S. AUGUST.

S. GREGORIUS MAGNUS.

S. HIERON.

HUGO A S. VICTORE.

S. JOANNES CHRYSOSTOM.

palescit, facies nigrescit, oculus tenebrescit, auris surdescit, nasus putrescit, lingua fatescit, os obtumescit, corpus tabescit, caro marcescit. *De Speculo peccatoris*, cap. 5.

18. Post hominem vermis, post vermem fœtor et horror : sic in non hominem vertitur omnis homo. *Ibid.*

19. Homo ille dicitur humanus, qui se exhibet hominem. *De Verbis Apost.*, serm. 8.

20. Agnoscat homo quantum ab illo expectet Deus, et quem tanta dignatione habuit charum, quam velit esse in conversatione pretiosum. *Prosec.*

21. Agnoscat homo quantum valeat, et quantum debeat ; et dum pretium suum cogitat, vilis sibi esse desinat. *Serm. 1, Fer. 3, post Dom. Palmar.*

S. BASILICUS
MAGNICUS.

22. Imperiale es animal, o homo, et quid servis affectibus, quid tuam ipsius dignitatem destruis, et servus sis peccati? *Prosec.*

23. Cur teipsum facis captivum diaboli? princeps creatura electus es, et reverentiam ac auctoritatem naturæ tuæ abiecit?

24. Servus vocatus es, quid te alligat servitus corporis? cur non gloriaris in dominio tibi a Deo contributo, quod rationem habes affectuum dominam?

25. Cum videris herum tuum servum esse voluptatis, teipsum vero moderatum, scilo quod tu quidem es servus nomine solum : ille vero nomine quidem habet dominium, opere vero confirmatam habet servitutem. *Homil. 10, in Hexamer.*

26. Omnis bestie imperium habes, o homo, et innumeras, et multam ferarum turbam in teipso habes. *Prosec.*

27. Parra bestiola est ira, cum latrat in corde tuo, nonne omni carne ferocior existit?

28. In dolosa anima tua latitans dolus, nonne omni ura in latebris, dellescenti immitior est? Nonne est bestia simulatio? qui velox est ad contumeliam ac injurias, nonne est scorpions? qui cum ad vindictam concitatur, nonne est viperæ seivior?

29. Avarus nonne est lupus rapax? qualis bestia in nobis non est? mulier amoris furens, nonne est equus insanienus?

30. Multa igitur bestia in nobis sunt, factus itaque es princeps bestiarum; si externarum imperium habes, internas sine imperio relinques?

31. Princeps creatus es, princeps affectuum, princeps bestiarum, princeps reptilium, princeps volatilium.

32. Neque ergo cogitationes habeas sublimes, neque levis sis et inconstans mente : ad volatilium imperium destinatus es.

34. Absurdum erit, si externa quidem volatilia depouleris, ipse vero levis sis ac sublimis. Ne superbas, ne te efferas; impera cogitationibus tuis, quo fias princeps rerum omnium. *Ibid.*

35. Magna quidem res est homo, sed animal illud fragile est, innumeris affectionibus subiectum, ex navitate usque ad senectutem infinitam malorum multitudinem exhauriens. *Prosec.*

36. Nihil est homo, et magnum quid est homo si enim ad naturam solum respicias, nihil est homo, et nullius pretii; si vero ad dignitatem, qua honoratus est, magna res est homo. *Ibid.*, homil. 11.

37. Homo cum consummatur ad angelorum dignitatem evehitur. *Apud Dic. Joannem Damascenum*, lib. 1. *Parall.*, cap. 52.

38. Nihil homini seipso vilius est, et plus seipsum negligit, quam aliquid suorum. *Serm. 19, Fer. 2, post Dom. 4 Quadrag.*, art. 3, cap. 1.

39. Adverte homo, quia limus es, et non sis superbus : quia Deo conjunctus es, et non sis ingratus. *Serm. 3, Vigil. Nativ.*

40. Nihil aliud est homo quam sperma fetidum, saccus stercoreum, cibus vermium : post hominem vermis, post vermem fœtor et horror, sic in non hominem vertitur omnis homo. *Prosec.*

41. Quid superbis pulvis et cinis? cujus conceptus culpa, nasci miseria, vivere pena, mori angustia. *Lib. Medit.*, cap. 3.

42. Unde superbit homo, cujus conceptio culpa nasci pena, labor vita, necesse mori, quando et quomodo vel ubi, nescire? *De inter. domo*, cap. 63.

43. Cum ultra homines quemque provehere sola prohibas possit, necesse est, ut quos ab humana conditione deiecit, infra hominis meritiun detradat improbitas. *Prosec.*

44. Evenit ut quem transformatum vitis videas, hominem existimare non possis : ita ut qui probitate deserta homo esse desideret; cum in divinam conditionem transire non possit, verlarur in belluam. *Lib. 4, de Consol. philos.*, prosa 4.

45. Sex sunt genera hominum : timidi, pigri, stolidi, superbi, blasphemæ, maligni, primos vincit concupiscentia; secundos, aecidia, tertios, negligentia; quartos, superbia; quintos, diffidentia; sextos, nequitia. *Super Psalm. xxxi.*

46. Homo est rationalis, ut Deum investiget; concupiscibilis, ut solum Deum desideret; irascibilis, ut adversantia reprobet. *Super Psalm. lxxvii.*

47. Tria sunt in homine : ingenium, memoria, ratio : ingenium requirit incognita; memoria recondit didicata; ratio judicat inventa. *Super Psalm. lxxviii.*

CLEMENS
ALEX.
DIONYSIUS
CARTEUS.

S. DOROTHEI.

S. EUSEBIUS
EMISEN.

FRANCISCUS
TITELM.

GLOSS. OBD.

S. GREGOR.
MAGNICUS.

BOETIUS.

S. DONAT.

S. GREGOR.
NAZ.

48. Viris et mulieribus commune nomen, homo est. *Lib. 1. Paedagogi*, cap. 4.

49. Bestia ex naturali instinctu regitur, tu, o homo, rationis ductu : illa movetur sensu, tu intellectu : illa moritur tota, quando caro deficit, tu perpetuo manes, cum spiritus corpus relinquit. *De Perf. charit.*, art. 10.

50. Vere creaturarum omnium, quæ videntur, pretiosissimus homo est. *Doctr. 22.*

51. Quid te, o homo, erubescendis cupiditatibus exhoronas? nobilem vult esse vitam tuam, qui tibi commisit imaginem suam : quam pretiosus sis, si factorem forte non credis, interroga Redemptorem. *Homil. 2, de Symbolo.*

52. Totus homo in animi intellectu, et sensus exercitio, et in mentis ratione ac vigore consistit. *Ibid.*, homil. de Penit. *Nivivitar.*

53. Quid est homo? creatura vilis et fragilis, ac quantum ad corpus attinet, nullius fere roboris aut pretii. *In Ethicidit.*, super cap. vii, *Job*, in illud : *Quid est Homo?*

54. Omnis homo, quantum ex sese, vanus est, mendax et instabilis et ad peccati vanitatem pronus, atque a vitata origine ex ingentia mala concupiscentia ad malum proclivis. *In Annotat.*, super *Psalm. xiii.*

55. Nihil viventes homines differunt ab iis, qui in pictura exprimuntur : equaliter enim horum et illorum natura tempore labitur et corrumpitur. *Super Psalm. xxxviii.*

56. Homo ad contemplandum Creatorem suum conditus est, ut ejus semper speciem quærat, atque in soliditate illius amoris habitet. *Lib. 8 Moral.*, cap. 10, super illud *Matth. v. Vade in domum tuam.*

57. Hominem Deus largitate rationis ditat, infusione gratiæ visitat, honore collatæ virtutis exaltat. *Ibid.*, cap. 16, super illud *Job vii. Quid est homo?*

58. Homo est cælum, et terra : cælum, cum jam per desiderium summis inheret : terra, quia in honore fixæ spæi ubertate fructificat. *Ibid.*, lib. 18, cap. 7, num. 10, super illud *Job xi. Excelsior cælo est.*

59. Omnis creaturæ aliquid habet homo : habet namque homo commune esse cum lapidibus, vivere cum arboribus, sentire cum animalibus, intelligere cum angelis. *Homil. 29, super Evang.*, super illud : *Predicite Evangelium omni creature.*

60. Sumus somnium nequam stabile phantasma quoddam incomprehensibile, volatus avis prætervolantis, navis in mari vestigio carens, cinis, vapor, ros matutinus, flos cum tempore virens, et cum tempore marcescens. *Orat. 6, de Funere Cesaris frat. sui.*

61. Quanto corporis imbecillitate homo reliquis animalibus infirmior, tanto est rationis excellentia superior. *Orat. 4, super verba : Faciamus hominem.*

62. Nullum est creaturæ genus, quod non in homine possit agnosci. *Serm. Dom. 5, post Pent.*

63. Hominem te esse noveris, et passionibus humanis, nisi caveris, subjacere. *Epist. 9, ad Salutinam.*

64. Hominem te esse memento. *Epist. 25, ad Paulam.*

65. Per exteriorem hominem, interioris hominis vita demonstratur. *Epist. 27.*

66. Homo a principio conditionis sue, Deo utitur adjutore : et cum illius sit gratiam, quo creatus est, illiusque misericordiam, quod subsistit et vivit, nihil boni operis agere potest absque eo. *Epist. 17, ad Cyprian.*

67. Commune judicium est, inter omnia terræ Dei opera nihil homine utilius, nihil esse speciosius. *Super Psalm. cxviii. vers. : Manus tuas fecerunt me.*

68. In homine quidquid est, proficit. *Ibid.*

69. Egregium hoc et præclarum in homine est, quod a cæteris dignitate operationis excipitur. *Ibid.*

70. Homo est fragilis, ad peccatum pronus, ad resurgendum ineptus, ad constantiam tenendam infirmus. *Lib. 4, de Propriet.*, cap. 8.

71. Magnum fecit Dominus hominem in natura, majorem in gratia, maximum in gloria. *super Job cap. vii.*

72. Quid est homo? fragilis in carne, brevis vita, putridus per internam corruptionem, foetidus per peccatum, imbecillus ad resurgendum, vanus in opere, vanior in sermone, vanissimus in cogitatione, servus diaboli per peccatum. *Super Psalm. vi, Moraliter.*

73. Homo ex se nihil est : si autem aliquid est, ex Dei munere est. *Super Sapient.*, cap. vi.

74. Homo in pena nascitur, et in pena moritur, et ideo in pena vivere debet. *Super Isai.*, cap. xxx.

75. Homo jam Dei, jam diaboli est : si quis pietati studet, Dei homo est : si impie agit, diaboli est. Non id factus per naturam, sed per animi arbitrium. *Epist. 6 ad Magnesianos.*

76. Circa statum humanæ conditionis tria principie considerare debemus : ingressum, progressum, egressum, grave quidem est in ingressu, gravius in progressu, gravissimum in egressu. *Serm. 1 Septuages.*

77. Homo mansuetum animal, et rationale, et benignum, contraria sue naturæ sapissime facit,

S. ANTONIUS
MAGNICUS.

HAYEO.

S. HIERON.

S. HILARIUS.

HUGO A S.
VICTORE.

HUGOCARD.

S. IGNATIUS
MART.

S. INNOC. III.

S. JOANNES
CHRYSOST.

et negligentia mores suos in ferinos vertit. Homil. 12, super *Gen.*

78. Sicut magnum et venerandum est rationale animal, et maxime quando in virtutis viam contendit; ita quando in malum declinat, truculentarum bestiarum imitatur crudelitatem. *Prose.*

79. Bestiale quiddam est homo, quando in peccatum declinat, et quamvis rationale et mansuetum sit animal, multis tamen nominibus bestiarum superat ferociam. *Ibid.*, homil. 19.

80. Non aliud est homo, quam corporis animique collectio: hæc duo quantum definitionibus differunt! Homil. 2, de *Lapsu primi hominis.*

81. Omnia animalia Deus propter hominem fecit, hominem autem propter se: si ergo animalibus ministrat propter hominem, nonne hominibus ministrat propter seipsum? *Prose.*

82. Quanto pretiosior est hominis creatio quam animalium, tanto maior sollicitudo Dei de hominibus quam de animalibus. Homil. 16, super *Math.*, Oper. imperf.

83. Præ omnibus malis, homo est pessimum malum: unaqueque bestia unum habet et proprium malum, homo autem habet omnia in se. *Prose.*

84. Bestia quamvis sit crudelis, tamen quia irrationalis est, declinabit ab homine crudelitas ejus: homo autem crudelis cum sit et rationalis, non facie evadetur crudelitas ejus.

85. Homo peior est serpente, quoniam serpens etsi malitiam habet, tamen hominis timorem habet: ideo si quem abscontere poterit, mordet; si autem non poterit, fugit. Homo autem et malitiam habet serpentis, et timorem non habet: ideo quandiū non habet tempus, latet sicut serpens; si vero invenit, irruit sicut bestia.

86. Homo peior est angue; quia anguis si irritata fuerit, sævitur; si irritata non fuerit, in silentio transit. Homo vero non irritatus insanit, et magis super illos insanit, a quibus non fuerit irritatus.

87. Homo malus peior est quam ipse diabolus: diabolus enim si videat justum, non est ausus ad eum accedere; homo autem malus, quamvis hominem sanctum viderit, non solum illum non timet, sed adhuc magis contemnit.

88. Diabolus homini non præstat virtutem male agendi, sed homo diabolo; arma enim diaboli, malus homo est.

89. Sicut homo sine armis non potest aliquid facere contra hostem, sic diabolus sine homine non valet quidquam contra Sanctos. *Ibid.*, homil. 24.

90. Animam non habes hominis, o homo, cum calcetires asinorum more; cum lassatus offeraris,

ut cameli: cum mordeas, ut ursi: cum rapias, ut lupi: cum frueris, ut vulpes: cum sis dolosus, ut serpentes: cum impudens sis, ut canes. Homil. 6 super II *Cor.*, in *Moral.*

91. Homo terra est, cinis, caro, sanguis, fœnum, flosculus, herba, umbra, fumus, vanitas, et si quid iis ex illis, vilius, atque abjectius. Homil. 2, de *Incomprehensibili Dei natura.*

92. Homo est animal rationale, mortale, rationis ac disciplinæ capax. Homil. 13 super *Epist. ad Tim.*

93. Quid tam temerum ut homo, qui hodie vivit, et cras non comparet? De *Vanitat. et miser. hœm. vite*, cap. 2.

94. Gloria hominis, Deus: operationes vero Dei, et omnis sapientia ejus, et virtutis receptaculum, homo. Lib. 3 *adversus Hæres.*, cap. 12.

95. Omnia sub cœlo propter hominem facta sunt, homo autem propter seipsum. Libro 1 de *Sum. bono*, cap. 14, sent. 4.

96. Universalis creaturæ homo magna quædam portio est, tanloque gradu est ceteris excellentior, quanto imagini divine vicinior. *Ibid.*

97. Pulvis es, et in pulvere sede: cinis es, et in cinere vive. *Hab. apud Bedam*, in suis *Scintillis*, cap. 4.

98. Summum inter se hominum vinculum est humanitas, quod qui diruperit, nefarius et parricida existimandus est. Lib. 6 de *Divin. inst.*, cap. 10.

99. Conservanda est humanitas, si homines recte dici velimus. *Ibid.*, cap. 11.

100. Cum homines Deus artifex ore sublimi, statu recto figuratos ad contemplationem cœli et notitiam Dei excitaverit: curvare se ad terram malunt, peccatum more. De *Ira Dei*, cap. 20.

101. Homo animal est providum, sagax, multiplex, acutum memoriae, plenum rationis et consilii. Lib. 2 de *Divin. inst.*, cap. 12.

102. Nihil prodest hominem esse ita fictum, ut recto corpore spectet in cœlum, nisi erecta mente per contemplationem Deum cernat, et cogitatio ejus in spe vite perpetuæ tota versetur. *Ibid.*, lib. 3, cap. 27.

103. O hominum lugenda conditio! que cum sit exul a patria, exultat in via; et cum delictorum sit funibus irretita, ac ignobili servitute depressa, libertatis se putat bono potiri. De *Obedient.*, cap. 26.

104. Quid infirmitus homine, quem sensus fallit, ignorantia decipit, circumvenit iudicium, pompa lædit, tempus deserit, mutat etas, hebetat infantiam, juvenus præcipitat, senectus frangit? Serm. 5.

105. Ille se credat veraciter hominem, qui hominum recognoscit auctorem. *Opusc.* 23, cap. 5.

JOAN. TRITH.

S. BENEDE.

S. ISIDORUS HISPALENS.

LACT. FIRM.

IN VII. PATR.

ARISTOTEL.

S. LAURENT. JUSTIN.

S. PETRUS CHRYSOL.

S. PETRUS DARLANUS.

S. REMIGIUS 106. Animalis homo dicitur, qui spiritum Dei non habet: qui licet ratione distet a pecore, ipsa tamen ratione non bene utitur. Super I *Cor.*, cap. 11, can. 14.

107. Quantum possunt homines de alio judicare, plus homo utique de seipso, sed Deus plus de homine, quam homo de se. *Ibid.*, cap. 4.

THEOPHYLACTUS. 109. Homo creaturæ omnium est perfectissimus, et particeps naturæ omnium, sed quiddam sublimius habens. Super *Luc.*, cap. 7, in illud: *Et ecce quidam legis peritus.*

S. THOMAS AQUINAS. 110. Homo quando secundum rationem operatur, est optimum animalium: sed quando declinat ad malitiam, est pessimum. *Prose.*

111. Si enim declinat propter crudelitatem, nulla bestia ita est crudelis: unde decies milles est peior malus homo, quam mala bestia. Super *Epist. ad Tit.*, cap. 1, lect. 3.

112. Indignum est, ut cum homo sit tante dignitatis, secundum æstimationem divinam, et ita Deo propinquus sit, ut Deus homo fieri voluerit, quod homo rebus inferioribus Deo inordinate se subiciat. *Contra Græcos et Armenos*, cap. 5.

113. Homo in hoc præcipue irrationabilis præeminet creaturis, quod supernaturalis boni est capax. Super 2 *Sent.*, dist. 27, art. 1, ad 1.

114. Homo similitudo Dei fuit ab initio; factus est autem similitudo bestię, postquam exiit ad Deo. Lib. 10, cap. 152.

115. Noli mirari si homo cum sis, angelus fieri possis: proposita enim tibi est par angelis gloria, eamque agonotheta noster certantibus spondet. *Ibid.*

SENTENTIE PAGANORUM.

116. Homo propter erectum opificium, partem superiorem potissimum habet, que ad ipsius universi editam respondeat. De *Juvent. et senectute.*

117. Solus animalium homo ambidexter, hoc est, dexter manu utraque, nascitur. Lib. 2 de *Histor. animal.*, cap. 1.

118. Homo natura perfectissima est. *Ibid.*, lib. 9, cap. 1.

119. Quale hominum genus est, quod divinitatis particeps sit! Lib. 2 de *Part. animal.*, cap. 40.

120. Optimum cunctorum animalium est homo: ita si alienus fiat à lege, et a iudiciis, pessimum est omnium animalium. Lib. 1 *Polit.*, cap. 2.

121. Homo omnium animalium longe sapientissimus est. De *Mundo.*

122. Homo, qui adeo eruditione præditus est, animantium omnium injustissimus est. Sect. 29 *Problem.*, quest. 7.

123. Homini homine nihil pulchrius videtur. Lib. 1 de *Natura deer.*, num. 77.

124. Quid esse potest in rerum natura homine melius? in eo enim sola ratio est, qua nihil potest esse præstantius. *Ibid.*, lib. 2, num. 16.

125. Celso et erecto constituit homines Deus, ut ejus cognitionem cœlum intuentes capere possint. *Prose.*

126. Sunt enim in terra homines, non ut incolæ atque habitatores, sed quasi spectatores superarum rerum atque cœlestium. *Ibid.*, num. 140.

127. Natura vi rationis hominem conciliat homini ad vite societatem. Lib. 4 *Offic.*, num. 42.

128. Ludicrum quoddam Dei est homo, ab eo exquisitum atque officium; et revera illud est optimum et præstantissimum Dei opificium. *Syngg.* 4, lib. 7.

129. Tribus maximis vitiis constringendi sunt homines, atque coercendi: metu, lege, et vera ratione. *Ibid.*, lib. 6.

130. Nullum animal morosius est, nullum majore arte tractandum, quam homo, nulli magis parendum. *Prose.*

131. Quid enim stultius quam in jumentis et canibus erubescere iram exercere, pessima autem conditio sub homine hominem esse? morbis medetur, nec irascitur; atque hic morbus est animi, mollem disciplinam desiderat, ipsunquæ medentem minime infestum agro. Lib. 1 de *Clementia ad Neroneum*, cap. 17.

132. Indomitus fit homo ingenio, animo, manu liber. De *Consolat. ad Martianum*, cap. 1.

133. Quidquid optimum homini est, id extra humanam potentiam jacet, nec dari, nec eripi potest. De *Consol. ad Helvium*, cap. 8.

134. O quam contempla res est homo, nisi supra humana se crexerit! Libro 1 *Quæst. in præfat.*

135. Nihil est cuique homini se vilius. *Epist.* 42.

136. Pudeat hominem ab exiguis animalibus non trahere mores; cum tanto hominum modratior esse animus debeat, quanto vehementius nocet. Lib. 1 de *Clem. ad Neroneum*, cap. 19.

137. Natura homo mundum et elegans animal est. *Epist.* 92.

138. Homo sum, humani nihil a me alienum puto. *Epist.* 95.

139. Ab homine homini quotidianum periculum: nullum malum frequentius, nullum perniciosius, nullum blandius. *Epist.* 103.

140. Quid homini est inimicissimum? homo. De *Morbis.*

141. Fidelis homo, electus homo est. *Sent.* 1.

142. Electus homo, homo Dei est. *Ibid.*, sent. 2.

CICERO.

PLATO.

SENECA.

SIXTUS PHILOSOPH.

143. Homo Dei est, qui Deo dignus est: Deo dignus est, qui nihil indigne agit. *Ibid.*, sent. 3.
144. Tam pretiosus est homo apud Deum, quam angelus. *Ibid.*, sent. 30.
145. Habes in te aliquid simile Dei, et ideo utere tempore velut templo Dei, propter illud quod in te simile est Dei. *Ibid.*, sent. 32.
- TRIMEGIS. 146. Homo animal est divinum, nec est cum terrenis brutis, sed cum diis celestibus comparandus, qui pari sorte potitur. *Lib. de Potest. et sap. Dei*, cui tit. *Ponder.*, cap. 10.
147. Homo animal dictum est rationale. *Lib. de Volunt. divina*, cui tit. *Ascriptus*, cap. 13.
- Vide etiam tit. *Adventus*, sent. 26; *Esse*, sent. 20; *Instabilitas*, sent. 11; *Ira in genere*, sent. 54; *Maham*, sent. 111; *Mansuetudo*, sent. 26; *Mellior*, sent. 17; *Natura*, sent. 46; *Ratio*, sent. 56; *Timor in genere*, sent. 50.

HOMICIDIUM. Vide occisio.

HONESTAS.

- S. ISIDORUS HISPALENSIS. *Ethymologia*. Honestas dicitur quasi honoris status, eoquod nihil habeat turpitudinis, sed sit honor perpetuus. *Lib. 10 Ethym.*, verbo *Honestas*.
- S. THOMAS AQUINAS. *Definitio*. Honestas est quedam spiritalis pulchritudo, quæ in hoc consistit, quod conversatio hominis, sive actio ejus sit bene proportionata secundum spiritualem rationis claritatem. 2, 2, quest. 145, art. 4.
- SENTENTIE PATRUM.
- S. AMBROSII. 1. Quid est honestas, nisi quæ turpitudinem quasi mortem fugiat? *Lib. 1 Offic.*, cap. 45.
2. Tantus splendor honestatis est, ut vitam bestiam efficiant tranquillitas conscientie, et securitas innocentie. *Ibid.*, lib. 2, cap. 1.
3. Nihil spectat vir justus, nisi quod constans et honestum est. *Ibid.*, lib. 3, cap. 1.
4. Nihil deformius, quam nullum habere amorem honestatis. *Ibid.*, cap. 9.
5. Non vincat honestatem utilitas, sed honestas utilitatem. *Ibid.*, cap. 5.
6. Nullis adversis honestas impeditur, quæ in his eminet, et magis præcellit, quam in prosperis. *Ibid.*
7. Ea amicitia probabilis est, quæ honestatem tuetur: preferenda sane opibus, honoribus, potestatibus: honestati vero præferri non solet, sed honestatem sequi. *Ibid.*, cap. 15.
8. Nihil preferendum est honestati. *Ibid.*, cap. 16.
- S. ANTONINI. 9. Verecundia fovet honestatem, removendo quæ sunt honestati contraria. *Part. 4, tit. 4, cap. 1, § 3.*

10. Tanta vis est probitatis et castitatis, ut omnis vel pene omnis ejus laude moveatur humana natura, nec usque adeo sit turpitudine vitiosa, ut totum amittat sensum honestatis. *Lib. 2, de Civit. Dei*, cap. 26.
11. Honestas non reprehendit, quod reprehendit superbia eorum qui vocari honesti amant, sed esse non amant. *De opere monach.*, cap. 13.
12. Quod malum geritur, omnes convocat spectatores; quod bonum dicitur, vix aliquos invenit auditores: tanquam erubescenda sint, et inhonesta glorianda. *Lib. 2, de Civit. Dei*, cap. 26.
13. Indigne ab honestis coluntur, qui per turpes placentur. *Ibid.*, cap. 29.
14. Ita nunc constituti sumus, ut et per carnem voluptate affici, et per spiritum honestate possimur. *De Tract. animab.*, cap. 43.
15. Inhonesta sunt illa, quæ abundantiorum honestatem habent velaminis, et ea quæ hoc opus non habent, honesta sunt. *Lib. 4, contra Julian.*, cap. 16.
16. Honestas adhibetur inhonestis, cum rationalis nature sensu ipso verecundante velantur. Eorum quippe honestas est velamentum, tanto abundantius, quanto magis inhonesta sunt. *Ibid.*
17. Sumas optima, facias honesta. *Lib. 2, de Musica*, cap. 13.
18. Grata Deo res est honestas, et sanctorum angelorum amica. *De Vita solit.*
19. Debet honestas radicari in corde, et manifestari in ore et opere, ut appareat in exteriori habitu, et pulchrescat in visu. *Prose.*
20. Nemo honestum se credat, si inhonesta vestimenta, vel alia corporis indumenta deferat, si inhoneste incedat, si inhonesta audiat, et si inhonesta libenter videat. *Serm. 2, de SS. Apostolis.*
21. Verecundia est, in gestu et verbo honestatem servare. *In Centilog.*, part. 3, sect. 42.
22. Honestos per omnia exigit mores, conventionalis honestatis. *In Speculo discipl.*, part. 1, cap. 15.
23. Honestas in corporis, manuum et habitus decenti dispositione consistit. *Ibid.*
24. Decens est, quod non curiositati, sed honestati deservit. *Ibid.*, cap. 25.
25. Multa possunt honeste fieri, quæ non possunt honeste videri. *Ibid.*, cap. 26.
26. Attendenda est honestis congrua personarum honestas, et honestioribus semper adhaerendum est. *Ibid.*, cap. 30.
27. Homo eruditus invidiam gaudet, honestatis pulchritudine delectatur. *In Speculo discipl.*, part. 2, cap. 4.

- S. GREGORII MAGNI. 28. Honestè inhonesta narrat, qui ut multos ad honestatis formam revocet, inhonesta narrat. *Lib. 23 Moral.*, cap. 4, num. 3.
- S. JOANNES CHRYSOST. 29. Nihil honeste dulciss. *Homil. 12, super Epist. ad Coloss.*
- JOAN. TRITH. 30. Ubi honestas admittitur, curiositas prohibetur. *De Laud. scriptor.*, cap. 8.
- LACT. FIRM. 31. Nihil turpe ex honesto nasci potest. *Lib. 3; de Divin. instit.*, cap. 11.
- S. LEO I. 32. Quid prodest honestatis formam præferens cultus exterior, si interiora hominis aliquorum sordeant contaminatione vitiorum? *Serm. 3 Quadrag.*
- S. MAXIMUS EP. TAURIN. 33. Argenti vasa comparari possunt, honestas sola emi non potest: honestas enim non emitur, sed acquiritur: quia non constat pretio, sed virtute. *Homil. de Martyrib.*
- EUGL. JUD. 34. Sicut bonum ac honestum esse, ita et videri prodest: qui Deus utrumque concessit, ut bonus ac honestus et sit et videatur, hic vere beatus est, et vere vir magni nominis. *De Migrat. Abrahæ.*
35. Miserissimi, qui gustum honestatis nunquam ceperunt. *Lib. 2, de Victimis.*
36. Omni sapienti honestas amica est, et eadem utrique salutaris. *De Agricult.*
- SALVIANUS. 37. Si vis probus, si vis potens, si vis magnus esse, honestate debes ceteros, non malignitate superare. *Lib. 5, de Cubern. Dei.*
38. Ubi non est vera honestas, non est vera felicitas. *Ibid.*, lib. 7.
- S. VALERII EPISCOPUS. 39. Justis actibus facile honesta succedunt. *Homil. 11.*
- SENTENTIE PAGANORUM.
- ARISTOTEL. 40. Omnes actus virtutum honesti sunt, et honestatis causa fiunt. *Lib. 4, Ethic. ad Nicomach.*, cap. 1.
41. Virtutis finis est honestum; honesti ergo magis conjunctrix est virtutis, quam ex quibus constat. *Lib. 1 Major. moral.*, cap. 20.
42. Omnis virtus honesti est, et ad honestum tendit. *Ibid.*, cap. 22.
43. Honestus est, apud quem simpliciter honesta, honesta sunt. *Ibid.*, lib. 2, cap. 9.
44. Honestus dicitur, ex eo quod honesta insunt illi: honeste autem sunt virtutes, operaque ab ipsis profecta. *Lib. 7, Ethic. ad Eudonium, Prose.*
45. Honestas sunt, cum virtutis gratia faciunt, eliguntque honesta, vel quod honeste natura bona honesta sunt. *Ibid.*
46. Honestum est, quod cum propter se eligibile sit, laudabile est: aut quod cum bonum sit, idcirco jucundum est. *Lib. 4 Rhetor.*, cap. 9.
47. Honestas sunt, ex quibus splendor aliquis, atque illustris honos in eos, qui aliquid gesserint,

- emanaturus sit. *De Rhetor. ad Alexandr.*, cap. de *Genere deliberativo.*
48. Honestum aut ipsa virtus est, aut res gesta virtute. *Lib. 5, de Finibus*, num. 66.
49. Honestas a bonis viris queruntur. *Lib. 3 Offic.*
50. Quod est melius, est etiam honestius: illud autem quod honestius est, decentius est. *Syzygia 4, in dialog. 4, Alexiadis.*
51. Non minus honestas, quam necessitas valet. *Lib. 4, epist. 10, ad Sabinaum.*
52. Omnis pars honesti, non potest esse nisi honestum. *De Beata vita*, cap. 45.
53. Omne honestum in arduo est, etiam quod vicium honesto est. *Lib. 2, de Benef.*, cap. 13.
54. Honestum ei vile est, cui corpus nimis chaurum est. *Epist. 44.*
55. Nihil honestum est, quod ab invito, quod a coacto fit: omne honestum, voluntarium est. *Epist. 66.*
56. Qui omne bonum honesto circumscriptis, intra se felix est. *Epist. 74.*
57. Una hæc via est ad tuta vadentia, externa despiciere, et honesto contentum esse. *Epist. 74.*
58. Honestum securum et expeditum est, interitum est, in procieta stat. *Ibid.*
59. Solum bonum est honestum, cui modus est. *Epist. 76.*
60. Nunquam bonæ honestatis simulatio longa est. *De Moribus.*
61. Castorum vita sit tibi honestatis exemplum. *Sext. Phil. Sent. 272.*
- Vide etiam tit. *Aspectus*, sent. 104; *Gravitas*, sent. 14; *Natura*, sent. 76; *Ornatus*, sent. 155; *Utilitas*, sent. 42.

HONOR.

- DEFINITIO. Honor est testificatio quedam excellentie alicujus. *Part. 4, tit. 5, de Justitia*, cap. 10, § 1.
- Honor est exhibitio reverentie in testimonium virtutis. *Ibid.*
- Honor est estimacionis beneficativæ indicium. *ARISTOTEL. Lib. 1, Rhetor.*, cap. 5.
- Honor est exhibitio honorum, quæ in actionibus per virtutem dantur. *Syzygia 6, de Definit.*
- PRODUCTIO. Virtus honorem parit, non pecunia. *Part. 1, conc. 4, de Epiph.*
- SENTENTIE PATRUM.
- S. ANTONINI. 1. Ita incubuerunt mores hominum ad admirationem divitiarum, ut nemo nisi dives honore dignus putetur. *Lib. 2 Offic.*, cap. 26.
2. Honor grandis, grandiori debet sollicitudine circumvallari. *De Dignit. sacerdot.*, cap. 3.
- S. AMBROSII. 3. Honor est exhibitio reverentie in testimonium virtutis. *Ibid.*
- ROBERTUS BELLARM. 4. Ita incubuerunt mores hominum ad admirationem divitiarum, ut nemo nisi dives honore dignus putetur. *Lib. 2 Offic.*, cap. 26.